Vnde mandamus vobis, quatenus ipsum in ipsis locis in quibus[6]) auctoritate nostra denunciastis exconmunicatum denuncietis eadem auctoritate publice absolutum.

21. Qualiter sentencia pro matrimonio lata sit execucioni mandanda.[7]

N misericordia etc. archypresbytero etc.

Maria de . . nobis conquerendo monstrauit, quod — cum in causa matrimoniali, que coram nobis inter ipsam ex vna parte et . . virum suum ex altera extitit ventilata, pro muliere diffinitiuam sentenciam tulissemus[8] — ipsę sibi cohabitare et eam maritali affectione tractare recusat.[9]

Quo circa vobis in virtute obediencie[10] precipiendo mandamus, quatenus ipsum monicione premissa[11] ad cohabitandum dicte mulieri tanquam vxori legittime et eam maritali affectione tractandam auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam conpellatis.

Et nichilominus mandamus vobis, quod si sentencias nostras noluerit obseruare, eadem auctoritate exconmunicetis eundem, et omnes eidem conmunicantes et auxilium et consilium inpendentes.

Datum etc.

1) In B fehlt *iuri*.

2) A hat hier das rubrum des musters 23.
D: *qualiter exconmunicatus debeat absolui prestans caucionem de parendo iuri et resartis expensis.*

3) B: *exconmunicacione.*

4) B: *refusit.* D: *resarciuit.*

5) A und C: *ibidem.*

6) B und D fügen *ipsum* bei.

7) B: *mandata.*

8) D: *tulissem.*

9) B und D: *recuset.*

10) D: *sancte obediencie.*

11) D: *preuia.* dann ist alles bis *eundem* einschliesslich ausgefallen.

22. Qualiter episcopus scribere debeat vniuersis[1]) prelatis et viccariis, quando vir diuertit ab vxore et est vagabundus.[2])

Vniuersis sancte matris ecclesie prelatis et eorum vicariis ad quos littera presens peruenerit N misericordia etc. salutem et sinceram in domino caritatem.

Quia . . lator presencium, instinctu[3]) dyaboli ac eiusdem presumptuosa[4]) temeritate et presumpcione temeraria ductus, ab vxore diuertens eidem cohabitare recusat, et alias est vagabundus, per loca discurrens varia et diuersa, idcirco rogamus vniuersitatem vestram, quatenus — cum dictus talis in partibus vestris inuentus fuerit — ipsum ad cohabitandum dicte mulieri tanquam vxori legittime et eam maritali affectione tractandum[5]) per censuram ecclesiasticam conpellatis.

Datum etc.

23. Sentencia lata pro causa peccuniaria super condempnacione rei de qua agitur. et similiter in eadem causa[6]) cum reus absoluitur ab inpeticione actoris.

In nomine domini amen.

Cum . . coram nobis miseracione etc. a Martino peteret c marchas . . monete[7]) ex causa mutui — *uel* depositi *uel* alicuius[8]) obligacionis *uel* alio contractu — iusto modo, tandem inter ipsos[9]) coram nobis lite legittime contestata, et prestito iuramento etc. receptis testibus hinc inde etc. quia inuenimus quod . . legittime probauit quod se obtulit probaturum, dictum talem ad[10]) solucionem c marcharum[11]) dicto . . faciendam in scriptis exigente iusticia condempnamus.

Et si non probauerit intencionem suam, sic formabis:[12])

1) In B fehlt *vniuersis.*

2) D hat blos: *quod vir diuerterit ab vxore sua.*

3) D: *intuitu.*

4) D: *presumptuositate ac presumptuosa.*

5) B: *pertractandam.*

6) A und B: *causa sentencie.*
D hat blos: *sentencia lata super absolucione rei ab impeticione actoris causa peccuniaria.*

7) B: *c libras . . monete.* D: *c libras turonenses.*

8) B und D: *uel ex causa alicuius* (D: *alterius*).

9) In B und D fehlt *inter ipsos.*

10) B: *dictum M . . ad.*
In D lautet der schluss hier nur mehr: *dictum ab impeticione dicti . . duximus absoluendum.*

11) B: *dictarum c librarum.*

12) Dieser satz ist in A C und nach note 10 auch in D ausgefallen.

quia talis [1]) non probauit quod se obtulit probaturum, dictum . . ab inpeticione dicti talis duximus absoluendum.
Datum etc.

24. Forma qualiter episcopus conuicinus debet sequi sentenciam sui coepiscopi. [2])

Reuerendo in Christo patri et amico karissimo domino . . dei gracia episcopo . . N eadem miseracione . . episcopus [3]) salutem et sincere caritatis debitum et affectum.

Cum sit iustum et racionabile, et etiam in sacris canonibus dicatur, quod malefactores non debeant de eorum [4]) malicia comodum reportare, idcirco paternitati vestre grauiter condolentes significamus . . laicum [5]) in nostra dyocesi rapinam et quam plures excessus publicos et notorios et alia crimina contra deum et iusticiam et libertatem ecclesiasticam conmisisse. quem nos canonica [6]) monicione premissa exconmunicauimus propter prefatos excessus [7]) et crimina ab eodem conmissa.

Verum cum idem sentencias nostras [8]) vilipendens [9]) non curet nobis et ecclesie nostre satisfacere pro tantis iniuriis et excessibus iam conmissis, rogamus vos quatenus dictas sentencias nostras publicetis, et faciatis subditis vestris [10]) in [11]) ecclesiis vestre dyocesis publice nunciari diebus dominicis et festiuis, ut nos vobis ad consimilia si contigerit teneamur.

Datum etc.

25. Littera dimissoria siue conmendatoria [12]) pro clericis se ad partes alias [13]) transferentibus.

Vniuersis sancte matris ecclesie prelatis et eorum vicariis P miseracione etc. diuinam salutem et sinceram in domino caritatem.

Noueritis . . sacerdotem nostre dyocesis, latorem presencium, per nos — *uel* per . . episcopum de licencia nostra — ad sacerdotalem ordinem fuisse promotum. verum [14]) cum

1) In B feht *talis*.
2) B: *episcopi*.
3) D: *episcopo cenom* (mit dem abkürzungsstriche über dem *m*) *Al. eadem gracia andeg. episcopus*.
4) B und D: *sua*.
5) A: *laicam*.
6) In B und D fehlt *canonica*.
7) D: *excessus publicos et manifestos*.
8) In B fehlt *nostras*.
9) D: *vilipendat et*.
10) In B fehlt *vestris*.
11) D: *et*.
12) In D fehlt *siue conmendatoria*.
13) C und D: *alienas*.
14) A und C: *vnde*.

idem sacerdos ad partes alias[1]) per instantem necessitatem affectauerit se transferre, nobis humiliter supplicauit ut ad hoc litteras dimissorias et licenciam sibi concedere dignaremur.[2]) nos vero suis[3]) precibus inclinati, eidem non exconmunicato non suspenso nec alicuius irregularitatis quod scimus nota resperso predictas litteras et licenciam duximus concedendas.[4])

Quem vniuersitati vestre propensius conmendantes, rogamus vos quatenus — cum ipsum ad partes vestras venire contigerit — ipsum permittatis in susceptis ordinibus in ecclesiis vestris libere[5]) ministrare ac diuina officia celebrare. nos enim[6]) quantum humana fragilitas noscere[7]) sinit vobis de ipso laudabile testimonium perhibemus.

Datum etc.

26. Sequitur alia forma litterarum dimissoriarum que grauior est.[8])

Vniuersis sancte matris ecclesie etc. P misericordia etc.

Noueritis . . sacerdotem[9]) nostre dyocesis, latorem presencium, ad partes alias de nostra licencia proficisci.

Quem vniuersitati vestre etc. *ut supra*, quatenus — cum ipsum ad partes vestras venire contigerit etc. nam[10]) ipsum a[11]) iurisdictione nostra solutum et liberum remittentes, quantum humana fragilitas noscere sinit, vobis de ipso laudabile testimonium perhibemus.

Datum etc.

27. Qualiter clerici extranei non recipiantur in episcopatu sine litteris conmendatoriis.

N misericordia etc. dilectis suis rectoribus conmendatoribus vicariis archypresbyteris procuratoribus et ceteris clericis ecclesiarum . . ciuitatis et dyocesis salutem et benedictionem.

Quia non nunquam quam plures exconmunicati, alii irregulares, alii notati infamia, alii interdicti et suspensi,

1) B und D fügen noch *ut asserit* bei.

2) Von hier an bis zum folgenden *licenciam* einschliesslich ist in D ausgefallen.

3) B: *nos ipsius*.

4) Dieser satz ist in D ausgefallen.

5) In D fehlt *in ecclesie vestre libere*.

6) B und D: *autem*.

7) B: *nosse*. D: *nosce*.

8) In B fehlt *que grauior est*. D: *alia forma super eodem in breuiori modo*.

9) B und D: *presbyterum*.

10) A: *non*.

11) D: *partes vestras etc. a*.

se transferunt ad partes alias[1]) absque dyocesani sui licencia, quod cedit ad multarum periculum[2]) animarum, idcirco in virtute sancte obediencie et sub pena exconmunicacionis vobis[3]) precipiendo mandamus, quatenus nullos clericos extraneos[4]) aliunde venientes ministrare uel diuina officia[5]) celebrare in vestris ecclesiis permittatis.[6]) alioquin vos tanquam inobedientes filios grauiter[7]) puniemus.

Datum etc.

28. Littera per quam conceditur presbytero aliunde venienti quod celebrat in episcopatu.[8])

N miseracione etc. *ut supra* ad quos presentes littere peruenerint salutem etc.

Vidimus et diligenter inspeximus litteras reuerendi patris et domini . . dei gracia talis episcopi sub hac forma etc.

Nos vero prefato presbytero concedimus licenciam, ut in nostra ciuitate — *uel* dyocesi — usque ad biennium tantum[9]) possit diuina officia[10]) celebrare, ita quod penitenciam iniungere et alia sacramenta conferre non valeat nisi hoc iniunctum fuerit ab illis qui a nobis uel predecessoribus nostris curam receperint[11]) animarum.

In cuius rei testimonium etc. datum etc.

29. Littera episcopi directa ad episcopum quod[12]) promoueat ad ordines clericos sue dyocesis.

Reuerendo in Christo patri etc. talis episcopus etc.

Pro . . subdyacono nostre dyocesis, latore presencium, quem vobis mittimus examinatum, et ad titulum . . ecclesie nostre dyocesis[13]) presentatum,[14]) paternitatem vestram rogandam duximus ex affectu, quatenus — cum vos contigerit ordines celebrare — ipsum ad dyaconatus ordinem dignemini promouere.

Datum etc.

1) D: *alienas.*
2) B: *pericula.*
3) In A und C fehlt *vobis.*
4) D: *alienos.*
5) In B und D fehlt *officia.*
6) B und D: *absque speciali licencia nostra permittatis.*
7) In B und D fehlt *grauiter.*
8) In B lautet dieses rubrum: *licencia conceditur alieno presbytero quod celebret in episcopatu.* In C: *conceditur alieno presbytero celebrare in episcopatu.*
9) In B und D fehlt *tantum.*
10) In B und D fehlt *officia.*
11) D: *receperunt.*
12) C hat nur: *episcopus episcopo ut.*
13) In D fehlt *nostre dyocesis.*
14) B: *presentantem.*

30. Littera ordinacionis [1]) ab episcopo extraneo.

Vniuersis presentes litteras inspecturis talis salutem etc. Noueritis, nos . . clericum, latorem [2]) presencium, de licencia et per litteras reuerendi patris . . episcopi . . dyocesis ad titulum . . ecclesie . . dyocesis ad dyaconatus ordinem promouisse.

In cuius rei testimonium etc. datum etc.

31. Forma litterarum pro redempcione captiuorum.

N misericordia etc. vniuersis Christi fidelibus per . . ciuitatem et dyocesim constitutis ad quos presentes littere peruenerint salutem etc.

Quoniam, ut ait apostolus, omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi [3]) prout vnus quisque gesserit in corpore, [4]) siue bonum siue malum, oportet [5]) nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire, ac ea seminare in terris que reddente domino cum multiplicato fructu recolligere possimus [6]) in celis, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus metet vitam eternam. *uel aliud* [7]) *prohemium dicas:* eterni patris filius dominus Iesus Christus, cui ipse pater omnium viuorum et mortuorum iudicium tradidit, cum sederit in solio maiestatis, secundum opera sua cuilibet [8]) redditurus, de operibus iusticie sicut ipse testatur precipue disceptabit. quemadmodum pro pietatis operibus gloria regni confertur, [9]) ita pro [10]) illorum defectu malos detrudet ad tartara, vbi est ignis [11]) inextinguibilis et dyabolus cum eius angelis preparatus. [12])

Cum igitur Maria, [13]) latrix presencium, habeat quendam virum suum . . nomine [14]) apud . . in terra Sarracenorum captiuitate detentum, et ipse captiuus pro redempcione sua c libras in auro [15]) suo domino soluere teneatur, et non habeat [16]) vnde prefatas libras soluere valeat, nisi auxilio

1) D: *forma littere promocionis.*
2) D: *noueritis. de latorem.*
3) D: *accepturi.*
4) B und D fügen *suo* bei.
5) D: *oportebit.*
6) D: *possumus.*
7) D: *istud.*
8) B: *unicuique.*
9) B: *gloria rei fertur.*
10) D: *quod.*
11) D: *tartara rubigine ignis.*
12) D: *preparatur.*
13) In B und D fehlt *Maria.*
14) D fügt noch *noncupatum* bei.
15) B: *libras auri.* D: *libras turonenses in auro.*
16) B: *habet.*

et elemosinis Christi fidelium adiuuetur, vniuersitatem vestram rogamus monemus et in domino exhortamur, quatenus de bonis vobis a deo collatis eidem mulieri ad redimendum virum suum de captiuitate [1]) pias elemosinas et grata karitatis subsidia erogetis, ut per hoc et alia bona que domino inspirante feceritis ad eterne beatitudinis possitis gaudia peruenire.

Nos enim [2]) de omnipotentis dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum auctoritate et ea quam nobis dominus indulserit [3]) potestate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui dicte mulieri ad extrahendum virum suum de captiuitate [4]) manus porrexerint adiutrices xl dies de iniuncta sibi legittime [5]) penitencia [6]) misericorditer relaxamus, presentibus post biennium minime valituris. Datum etc.

32. Forma litterarum pro reconsiliandis elemosinis ad opus hospitalium et piorum locorum. [7])

N miseracione diuina etc. vniuersis Christi fidelibus etc. *ut in proxima.*

Quoniam, ut ait apostolus, etc. *uel:* eterni patris etc.

Cum igitur hospitale nocte dieque recipiat infirmos debiles pauperes et egenos a quibuscunque christianorum partibus venientes, [8]) et eis prout ipsius hospitalitatis facultates suppetant administret, [9]) vniuersitatem uestram etc. *ut supra.*

33. Forma litterarum pro recolligendis elemosinis ad opus hospitalium et piorum locorum. [10])

Matheus miseracione etc. dilectis suis etc. *ut supra in proxima* . . ciuitatis et dyocesis salutem etc.

Cum . . et . . latores presencium ad petendas colligendas [11]) et recipiendas elemosinas a Christi fidelibus ad opus . . hospitalis sint speciales [12]) nuncii deputati, vniuersitatem vestram rogamus, et in virtute obediencie [13]) precipiendo

1) D: *in captiuitate detentum.*
2) B: *itaque.*
3) B und D: *indulsit.*
4) D setzt noch *predicta* bei.
5) In B und D fehlt *legittime.*
6) D: *iniunctis sibi penitenciis.*
7) Dieses muster fehlt in A C D.
8) Cod. *uenientibus.*
9) Cod. *administrent.*
10) C: *ad hospitalia et pia loca.* B: *forma littere per quam episcopus conmendat nuntios pro colligendis elemosinis rectoribus ecclesie.* D: *forma litterarum per quas episcopus reconmendat nuncios pro recolligendis elemosinis a rectoribus sue diocesis.*
11) In D fehlt *colligendas.*
12) In D fehlt *speciales.*
13) D: *sancte obediencie.*

mandamus, quatenus — cum dictos nuncios ad ecclesias vestras venire contigerit — ipsos pro reuerencia et honore sancte romane ecclesie,[1] cuius[2] priuilegiis et indulgenciis pro petendis et recolligendis et[3] deportandis elemosinis sint muniti,[4] benigne et caritatiue recipiatis, inducentes vestros parochianos piis exhortacionibus ut eis[5] porrigant subsidia karitatis, et ipsos nuncios indulgencias[6] et priuilegia exponere permittatis, dummodo aliqua superflua non exponant, scientes quod[7] ob reuerenciam laudamus[8] et inobedienciam grauiter puniemus.

Datum etc.

34. Forma litterarum pro fabricacione poncium.

N miseracione etc. vniuersis Christi fidelibus etc.

Quoniam, ut ait apostolus, etc. *uel*: eterni patris etc.

Cum igitur . . loco super fluuio[9] qui taliter nuncupatur, vbi in hyempnali[10] tempore propter inundaciones aquarum quam plures fuerint mortui, alii vero bestias sarcinolas et alias res suas irrecuperabiliter amiserint,[11] quidam pons sit valde necessarius transeuntibus hinc inde,[12] vniuersitatem vestram etc. *ut supra.*

35. Littere de fabricis[13] ecclesiarum.

N miseracione etc. vniuersis Christi fidelibus etc.

Splendor eterne[14] glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clemencia maiestatis ipsius speranciuni tunc[15] benigno fauore prosequitur, cum deuota[16] ipsorum humilitas sanctorum precibus adiuuetur.

Cum igitur . . ecclesia . . loci nostre dyocesis in honore dei et genitricis ipsius et . . sancti[17] de nouo incipiat fabricari, et non possit produci absque fidelium consilio et auxilio[18] feliciter ad effectum, vniuersitatem vestram etc.

1) D: *ob reuerenciam sancte matris ecclesie ac honorem.*

2) B: *cum.* C: *eiusque?*

3) D: *ac eciam.*

4) In D fehlt *sint*, in A und C aber *sint muniti.*

5) D: *ipsi.*

6) In A und C fehlt *indulgencias.*

7) D: *quod non*, vielleicht für *quod nos.*

8) D: *laudabilium,* wohl für *laudabimus.*

9) B: *super flui.*

10) B: *hyemali.* C: *iemali.*

11) A: *emiserunt.*

12) B: *hinc et inde.* darauf folgen noch einige sätze, wovon im anhange.

13) C: *fabricacione.*

14) B und C: *paterne.*

15) B: *tunc precipue.*

16) In B fehlt *deuota.*

17) In C fehlt *sancti.*

18) B: *fidelium subsidio.*

In fine consueuit poni aliquando hec clausula: preterea ratas et gratas et firmas [1]) habentes [2]) indulgencias quas ceteri episcopi et archiepiscopi nostris subditis dicto operi benefacientibus duxerint concedendas. *uel si episcopus alterius dyocesis dat indulgencias, poni aliquando consueuit:* dyocesani cum accedente consensu. [3])

Datum etc.

36. Forma litterarum de eo qui de sarracena seu iudaica perfidia [4]) sumpsit originem et ad fidem katholicam [5]) est conuersus. [6])

N miseracione etc. vniuersis Christi fidelibus per . . ciuitatem et dyocesim constitutis salutem etc.

Eterni patris filius etc.

Cum Iohannes et Maria vxor [7]) sua, latores presencium, diuino illuminati spiritu, fugatis [8]) tenebrarum erroribus, et [9]) iudayce cecitatis perfidia derelicta, ad Christum deum verum lumen penitus sint conuersi, et sacri fontis liquore diuina gracia insigniti, nil secum preter nuda corpora deportantes, et — quasi modo geniti infantes lactis concupiscentes dulcedinem — Christi [10]) instructione, fidei emolumento, ac ipsius [11]) fidelium indigeant consilio et auxilio et fauore, vnde rogamus vos, quatenus de bonis a deo vobis collatis [12]) etc. ne propter defectum necessariorum ac obprobrium christiane religionis — quod absit — ad pristine cecitatis errorem redire tamquam canis ad vomitum conpellantur.

Nos enim de omnipotentis dei misericordia etc.

Datum etc.

37. Forma littere quando auctoritate domini pape dispensatur cum scolare super defectu natalium.

N miseracione etc. P etc.

Noueritis, nos summi pontificis recepisse litteras in hunc modum: *G* etc.

Nos vero consideratis diligenter circumstanciis vniuersis

1) In B fehlt *et firmas.*

2) B: *habemus.*

3) Diesen satz hat B allein.

4) A: *sarraceno uel iudaismo.* B: *sarracena uel de iudaismo.* D: *sarracenia perfidia aut iudaismo.*

5) In D fehlt *katholicam.*

6) B: *reuersus.*

7) B: *Iohannes etc. vxor.*

8) D: *et fugatis.*

9) In D fehlt *et.*

10) B und D: *lactis* (D: *lacte*) *indigeant pasci dulcedine sic Christi.*

11) In B ist *ipsius* von derselben hand in *ipsorum* corrigirt.

12) B und D: *fauore, vniuersitatem vestram etc. quatenus de bonis vestris.*

in dicto rescripto apostolico, ipsum scolarem de ydoneitate persone litteratura et conuersacione ipsius et vita examinandum duximus, prout [1]) in dicto rescripto apostolico est iniunctum.

Et quia eundem conpetentis [2]) litterature, ydoneum, et alias bone conuersacionis et vite [3]) inuenimus, cum eodem auctoritate domini pape [4]) qua fungimur in hac parte quod ad omnes ordines promoueri et ecclesiasticum beneficium etiam si curam habeat animarum obtinere valeat dispensamus, ita quod ad ordines quos cura beneficii requisiuerit se faciat statutis promoueri temporibus, et residenciam faciat in eadem. [5])

In cuius rei etc. datum etc.

38. Qualiter episcopus auctoritate domini pape penitenciarii dispensat cum clerico super irregularitate contracta per [6]) concubinam.

N miseracione etc. salutem etc.

Noueritis, nos religiosi viri domini pape penitenciarii recepisse litteras sub hac forma: *venerabili patri* etc.

Verum quia recepta sufficienti caucione a dicto presbytero, quod in domo propria uel aliena concubinam de cetero non tenebit, suspenso ad tempus, prout vidimus expedire, eundem presbyterum a sentencia exconmunicacionis, qua erat astrictus per concubinam, auctoritate predictarum litterarum absoluimus, et cum eodem super irregularitate contracta [7]) duximus dispensandum.

In cuius rei etc. datum etc.

39. Qualiter [8]) episcopus vocat ad synodum clericos sue dyocesis.

N miseracione etc. vniuersis rectoribus etc. *ut supra* . . ciuitatis et dyocesis salutem etc.

Cum nos intendamus die . . proximo venturo synodum aput . . locum dante [9]) domino celebrare, mandamus vobis in virtute obediencie [10]) et sub pena officiorum et beneficiorum, [11]) quatenus ad eandem synodum die superius assi-

1) B: *prout nobis.*
2) B: *sufficientis.*
3) B: *uite conspicuum.*
4) In B fehlt *domini pape.*
5) B: *eodem.*
6) B: *pape dispensat in clerico irregularitate contracta super.*
7) In B fehlt *contracta.*
8) B: *quando.*
9) B und D: *disponente.*
10) D: *sancte obediencie.*
11) D: *penis infra scriptis.*

gnato sine more dispendio accedatis, ita quod nullus causam excusacionis pretendat.[1])

Volumus etiam et[2]) mandamus, ut in qualibet ecclesia remaneat vnus presbyter tantum, qui[3]) cum vno seruiente diuina interim celebret, et ministret populo ecclesiastica sacramenta.

Alioquin non venientes officiis et beneficiis[4]) duximus suspendendos, dummodo impediti ab aliqua probabili causa et racionabili non existant.

Datum etc.

40. Qualiter episcopus procedat contra clericos non venientes ad synodum.

N miseracione etc. dilecto suo . . vicario — *uel* . . archipresbytero — salutem etc.

Quia rector . . ecclesie non venit[5]) ad synodum, quam nuper apud . . locum duximus celebrandam, nec alias per litteras uel nuncium se legittime excusauit, ipsum ab officio et beneficio duximus suspendendum, mandantes vobis[6]) quatenus sub pena exconmunicacionis inhibeatis parrochianis ecclesie predicte, quod eidem nil persoluant de iuribus ecclesie memorate, set vobis de omnibus[7]) respondeant, que recipiatis et custodiatis ad nostrum[8]) mandatum, ecclesiam ipsam, et omnia ecclesiastica iura[9]) et ornamenta.

Datum etc.

41. Qualiter episcopus[10]) excusat aliquem a synodo.[11])

R miseracione etc. dilecto suo . . rectori ecclesie salutem etc.

Litteras tuas recepimus, continentes quod — cum tu quadam instanti et vrgente necessitate inpeditus ad synodum nostram ad presens[12]) non possis absque graui dampno et scandalo interesse — te haberemus[13]) a dicta sinodo excusatum.

1) D: *intendat.*
2) B: *vobis etiam.*
3) A und C: *quod.*
4) D: *ab officio et beneficio.*
5) B: *venire non curauit.* D: *accedere non curauit.*
6) D fügt noch *nichilominus* bei.
7) C: *set non ita ut.*
8) D: *vsque ad nostrum beneplacitum et.*
9) B: *ecclesiastica sacra uel iura uel.* D: *ecclesiastica ipsius iura et.*
10) In B fehlt *episcopus.*
11) D: *littera de presbytero excusato de non veniendo ad synodum.*
12) In B und D fehlt *ad presens.*
13) Von hier an bis zum folgenden *te* einschliesslich ist in D ausgefallen.

Nos vero tuis iustis paterna sollicitudine precibus inclinati, te habemus hac vice a prefata synodo excusatum, dummodo aliquem fidelem [1]) procuratorem [2]) constituas, qui vice et nomine tuo recipiat et acceptet ea que in dicta synodo per nos extiterint ordinata.

Datum etc.

42. Qualiter euocat [3]) ad ordines suscipiendos [4]) clericos sue dyocesis.

N miseracione etc. dilecto suo . . archidiacono [5]) de . . loco salutem etc.

Noueritis, quod nos auxiliante domino in istis iiii temporibus proximis venturis intendimus apud . . locum ordines [6]) celebrare.

Vnde mandamus vobis, quatenus conuocatis coram vobis rectoribus conmendatoribus [7]) ceterisque clericis beneficiatis ecclesiarum . . loci qui sunt ad ordines promouendi, ex parte nostra sub pena officiorum et beneficiorum iniungatis eisdem, ut ad locum die . . ueniant, [8]) a nobis ordines quos eorundem requirunt beneficia suscepturi. [9])

Alioquin non venientes ab [10]) officiis et beneficiis duximus suspendendos.

Datum etc.

43. Littera ordinacionis ab episcopo suo. [11])

N miseracione etc. vniuersis presentes litteras inspecturis salutem etc.

Noueritis, nos . . clericum . . ecclesie de . . loco nostre dyocesis, latorem presencium, ad [12]) dyaconatus ordinem statuto tempore promouisse.

In cuius rei etc. datum etc.

44. Qualiter episcopus excusat [13]) aliquem ab ordinibus suscipiendis. [14])

H miseracione etc.

Quia nobis significastis, quod vrgente quadam ineuita-

1) In D fehlt *fidelem*.
2) B fügt *in dicta ecclesia* bei.
3) B: *uocat*. D: *episcopus uocat*.
4) B: *recipiendos*.
5) B und D: *archipresbytero*.
6) In B fehlt *ordines*.
7) In D fehlt *conmendatoribus*.
8) In A C und D ist *ad locum die . . veniant* ausgefallen.
9) D: *suscepturi recipiant*.
10) In B fehlt *ab*.
11) In C fehlt *suo*. in D das ganze muster.
12) B: *sancti spiritus cooperante gracia ad*.
13) B: *constituit*.
14) In D fehlt dieses muster.

bili necessitate ad presens non poteratis ad nos die . . accedere, a nobis ordines suscepturi, nos rogando quod vos ad presens haberemus a suscepcione predictorum ordinum excusatum,[1]) nos vestris precibus inclinati vos a suscepcione predictorum ordinum excusamus, has vobis litteras nostro sigillo munitas in testimonium concedentes.

Datum etc.

45. De inuentario faciendo in ecclesia vacante.

N miseracione etc. dilecto suo . . etc.

Relacione pro certo intelleximus plurimorum, quod bone memorie rector . . ecclesie est viam vniuerse carnis ingressus.

Quo circa mandamus vobis, quatenus visis litteris, sublato more dispendio, ad dictam ecclesiam accedentes,[2]) faciatis inuentarium fieri de rebus[3]) ecclesie memorate tam mobilibus quam inmobilibus a minimo usque ad maximum, et ipsam ecclesiam tam in spiritualibus quam temporalibus alicui sacerdoti fideli et ydoneo conmendetis, qui[4]) ecclesiam ipsam custodiat et omnes res[5]) bene et fideliter seruet quo usque de pastore[6]) dicte ecclesie sit prouisum.

Datum etc.

46. Qualiter episcopus mittere patronis debeat quod presentent[7]) ad ecclesiam vacantem.

N miseracione etc. vniuersis patronis[8]) heredibus parrochianis[9]) nec non illis qui ius habent[10]) presentandi ad . . ecclesiam salutem etc.

Cum . . ecclesia vacet propter[11]) mortem bone memorie rectoris quondam ecclesie memorate, mandamus vobis quatenus die . . vos nostro conspectui presentetis, ut[12]) eadem die aliquam litteratam personam tantum[13]) et ydoneam ad dictam ecclesiam in simul et concorditer presentetis.

Alioquin nos dictam ecclesiam,[14]) prout de iure fuerit, curabimus prouidere.

Datum etc.

1) Von hier an bis *ordinum* einschliesslich ist in B ausgefallen.
2) D: *accedatis et.*
3) B C D: *de omnibus rebus.*
4) A: *quod.*
5) D: *res ipsius.*
6) B und D: *rectore.*
7) A B C: *presentent se.*
8) In B fehlt *patronis.*
9) In D fehlt *parrochianis.*
10) D: *obtinent.*
11) B und D: *per.*
12) D: *et.*
13) In D fehlt *tantum.*
14) B: *alioquin dicte ecclesie in rectore.*

47. Qualiter episcopus constituat[1]) rectorem in ecclesia ad presentacionem patronorum.[2])

N miseracione etc. vniuersis etc.

Noueritis, quod nos ad presentacionem[3]) domini regis (*uel* ad presentacionem patronorum . . ecclesie . .) clericum, latorem presencium, quem de litteratura et ydoneitate persone ac vita et conuersacione ipsius multipliciter conmendamus,[4]) instituimus rectorem in ecclesia memorata, ita[5]) quod per istam confirmacionem patronis aliis si qui fuerint nullum in posterum preiudicium generetur, et sicut onus beneficii requiret sic se faciat statutis prouideri temporibus, et ad omnes ordines promoueri. alioquin huiusmodi gracia quo ad beneficium ipsum nullius penitus sit momenti.

Idem vero nobis ad sancta dei ewangelia corporaliter prestitit iuramentum, quod nobis et successoribus nostris canonice intrantibus obedienciam[6]) exhibebit, et quod nobis et ipsi ecclesie persoluet integre iura nostra, et quod sentencias nostras et viccariorum nostrorum et[7]) statuta synodalia obseruabit, et in ipsa ecclesia residenciam faciat personalem,[8]) nisi de licencia nostra et successorum nostrorum aliquando[9]) fuerit excusatus, et quod omnia iura ipsius ecclesie pro uiribus iam deposcet.

Vnde mandamus vobis, quatenus eidem tamquam rectori vestro obedienciam exhibeatis.[10]) sibique[11]) quod de iuribus ecclesie vos conpellere possit per presentes plenariam concedimus potestatem.[12])

Et sentencias, quas idem rite tulerit pro iuribus ecclesie sepe dicte,[13]) nos ratas habebimus atque firmas, et eas faciemus auctore domino usque ad condignam satisfactionem inuiolabiliter obseruari.

In cuius rei etc. datum etc.

48. Qualiter episcopus conmendet ecclesiam, cum conmendatos facit fructus.

Consimilis littera de conmendanda ecclesia, cum conmendatos facit fructus suos, fieri potest. excepto quod non

1) B: *construit de nouo.*
2) In D fehlt dieses und die folgenden drei stücke.
3) Von hier an bis zum folgenden *ad* einschliesslich ist in B ausgefallen.
4) A: *conmendemus.*
5) B: *ita tamen.*
6) B fügt noch *et reuerenciam* bei.
7) In A und C fehlt *et.*
8) B: *corporalem uel personalem.*
9) A: *alioquin.*
10) A und C: *exhibentes.* B: *vestro debitam debeatis obedienciam exhibere.*
11) A und C haben blos *sibi.*
12) B: *facultatem uel potestatem.*
13) B: *dicte irracionabiles.*

dicatur *instituimus*, set: *conmendamus;* et ubi dicitur *obediatis tamquam rectori,* dicatur: *tamquam conmendatori.*

49. Concessio [1]) conmendacionis per episcopum suum per vicarium [2]) facte.

Vincencius etc. vniuersis parrochianis . . ecclesie etc. Noueritis, nos recepisse litteras a nostro viccario in hanc formam: *G* etc. [3])

Et nos supradictus episcopus conmendacionem factam per memoratum viccarium approbantes, eundem . . instituimus in eadem ecclesia, et curam et administracionem ecclesie predicte tam in spiritualibus quam in temporalibus duximus concedendas, ita tamen quod ex huiusmodi concessione patronis aliis si qui fuerint [4]) nullum in posterum preiudicium generetur.

Eidem insuper conmendatori precipiendo mandamus, quatenus infra tempus per constituciones et canones diffinitum se ad ordines promoueri, et in ipsa ecclesia residenciam faciat personalem.

Datum etc.

50. Qualiter ecclesia conmendetur ad tempus.

N miseracione etc. dilectis suis clericis et parrochianis . . ecclesie salutem etc.

Cum ecclesia predicta vaccet ad presens, et expediat quod interim omnia bona et ornamenta ipsius non pereant set pocius conseruentur, nos . . predicte ecclesie et bonis ipsius conpacientes, ipsam ecclesiam et bona ipsius tam spiritualia quam mundana . . presbytero, latori presencium, quo usque de rectore prouideatur, presentibus conmendamus.

Vnde mandamus vobis, quatenus eidem presbytero de omnibus iuribus ecclesie supradicte plenarie respondeatis. et quod ipse pro iuribus ipsius ecclesie vos [5]) conpellere possit, sibi per presentes plenariam [6]) concedimus facultatem.

51. Confirmacio porcionis cum prestimonio in ecclesia vacante. [7])

N miseracione etc. dilecto suo . . clerico . . ecclesie nostre dyocesis etc.

Collacionem porcionis cum prestimoniis scilicet [8]) super

1) A: *confessio.*
2) A: *suum viccarie.* C: *episcopum per suum viccarium.*
3) B: *in hac forma etc.*
4) B: *sunt.*
5) In B fehlt *vos.*
6) In B fehlt *plenariam.*
7) D: *porcionis ecclesie vacantis.*
8) In B fehlt *scilicet;* in D ganz und gar *cum prestimoniis scilicet.*

decimis casalium parrochianorum [1]) ecclesie supradicte, que vacauerunt per mortem . . quondam porcionarii dicte ecclesie, tibi factam in dicta ecclesia per discretum virum . . rectorem[2]) gratam et ratam habentes, ipsam — salua tercia[3]) pontificali — auctoritate nostra duximus confirmandam.

In cuius rei etc. datum etc.

52. Confirmacio prestimonii tantum.[4])

N miseracione etc. dilecto suo . . etc. *ut supra.*

Collacionem prestimonii scilicet decimas[5]) casalium et parrochianorum ecclesie . . tibi[6]) in ecclesia predicta per discretum virum etc. *ut supra in proxima.*

Si vero datur prestimonium de mensa rectoris in certa quantitate peccunie,[7]) *non dicatur:* salua tercia pontificali.[8])

53. Conmissio generalis causarum.[9])

R miseracione etc. dilecto suo . . canonico *uel* rectori . . ecclesie etc.

Vniuersitatem causarum quas in . . ciuitate — *uel* . . castro[10]) — occurrere contigerit vobis auctoritate nostra totaliter conmittimus audiendam, et eam fine canonico terminandam, faciendo quod decreueritis auctoritate nostra[11]) per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari.

Testes autem qui fuerint nominati, preter quam de crimine, si se gracia odio timore uel amore subtraxerint, censura ecclesiastica simili auctoritate cogatis veritati testimonium perhibere.

In cuius rei etc. datum etc.

54. Conmissio specialis.

H miseracione etc.

Causam que vertitur inter . . mercatorem ex vna parte et . . ex altera super quadam peccunie quantitate vobis conmittimus audiendam, et eam fine canonico terminandam,[12]) faciendo quod decreueritis etc. *ut supra.*

1) D: *parrochialis.*
2) D setzt *ecclesie* bei.
3) B: *licencia.* D: *ipsius saluo iure nostro.*
4) In D fehlt *tantum.*
5) D: *prestimonii super decima.*
6) A und C: *parrochianorum tibi.*
7) D: *porcionis.*
8) B: *salua etc.* D: *scribatur saluo iure pontificali.*
9) Dieses und die beiden folgenden muster fehlen in D.
10) B: *loco.*
11) In B fehlt *nostra.*
12) B: *terminetis.*

55. Alia conmissio in causa matrimonii.

C miseracione etc.

Causam matrimonialem que coram nobis inter . . virum ex vna parte et . . mulierem ex altera ventilatur vobis ducimus conmittendam, faciendo quod decreueritis etc. *ut supra.*

56. Alia conmissio in diuersa causa matrimonii.[1])

C miseracione etc.

Causam matrimonialem que coram nobis inter . . virum ex vna parte et . . mulierem ex altera ventilatur vobis conmittimus audiendam,[2]) quo usque ad nos eam duxerimus reuocandam — *uel aliter:* nobis nichilominus diffinitiuam sentenciam reseruantes[3]) — faciendo etc.[4])

Datum etc.

57. Alia conmissio in causa matrimonii in diuersis articulis.[5])

P miseracione etc.

In causa matrimoniali que coram nobis inter . . virum ex vna parte et . . mulierem ex altera ventilatur vobis recepcionem[6]) testium tantum[7]) ducimus conmittendam, mandantes vobis quatenus receptis testibus nobis attestaciones[8]) per publicam manum scriptas et vestro sigillo interclusas per certum nuncium transmittatis, assignato[9]) partibus die vero[10]) etc.

58. Reuocacio conmissionis.

M miseracione etc. dilecto suo . . etc.

Causam que inter . . ex vna parte et . . ex altera coram vobis ex delegacione nostra super . . re vertitur ad nos[11]) totaliter reuocamus, mandantes vobis quatenus

1) D: *conmissio in causa matrimoniali super diuersis articulis.*

2) A: *uobis duximus conmittendam conmittimus audiendam.* D: *ventilatur duximus conmittendam.*

3) D: *diffinitiua sentencia nobis reseruata.*

4) D hat hier den ganzen schluss: *faciendo quod decreueritis per censuram ecclesiasticam firmiter obseruari. testes autem qui fuerint nominati, preterquam de crimine, si se gracia odio uel timore, censura simili cogatis ueritatis testimonium perhibere. datum etc.*

5) B: *matrimonii facta.* D hat blos: *super eodem.*

6) B: *receptacionem*

7) D: *ad recepcionem testium dumtaxat.*

8) D: *atestacionem.*

9) D: *assignando.*

10) In D fehlt *die vero.*

11) D: *nostra superius conmissa volumus ad nos reuocari conmissionem eandem.*

ordinacionem processus et acta que coram vobis confecta fuerunt [1]) per partes nobis sine mora et occasione aliqua destinetis.

Datum etc.

59. Forma littere de confirmacione [2]) porcionis tanto tempore vacantis [3]) quod collacio [4]) ipsius est ad episcopum deuoluta.

Nouerint vniuersi presentes literas inspecturi, quod — cum nos miseracione diuina ratisponensis [5]) episcopus ad . . ecclesiam nostre diocesis causa visitacionis personaliter accederemus — conperimus quod quedam porcio [6]) in ecclesia ipsa tanto tempore vacauerat quod collacio ipsius porcionis de iure iuxta constitucionem summi pontificis ad nos erat totaliter deuoluta.

Nos vero deum habentes pre oculis, ipsam porcionem . . clerico, latori presencium, auctoritate nostra duximus conferendam, et per nostrum pileum confirmandam.

In cuius rei etc. datum etc.

60. Forma litterarum quando possessio [7]) datur alicui in emphyteotico contractu. [8])

N miseracione etc. dilectis suis clericis et rectori . . ecclesie nostre etc.

Quia nobis significauisti, quod — cum quandam hereditatem conmunem ad ecclesiam predictam [9]) spectantem, que est in . . loco, insimul habeatis, que fere est vobis inutilis — intendatis [10]) cuidam mercatori in emphitheotico contractu dare pro certa annua pensione predicte ecclesie persoluenda, proprietate nichilominus ipsi [11]) ecclesie reseruata, et vos sub iuramento [12]) nobis retulistis, quod huiusmodi contractus cedebat [13]) in vtilitatem ecclesie memorate, et quod eadem ecclesia per hoc nullam incurreret [14]) in aliquo lesionem, nos dictum contractum gratum et ratum

1) B: *effecta fuerint.* D: *facta sunt.*
2) D: *littera collacionis.*
3) A: *confirmacione tanto ipse vacans.*
4) A: *collecta.* C: *collectio.*
5) C: *patauiensis.* B und D geben keine ortsbezeichnung.
6) A: *peticio.*
7) D: *possessio ecclesie.*
8) B: *emphiteo contracti.*
9) D: *ipsam.*
10) D fügt *propter hoc* bei.
11) B: *ipsius.* D: *dicte.*
12) D: *sub certo iuramento.*
13) D: *decebat.*
14) D: *incurrebat.*

habentes, ad hoc vobis prestamus consensum pariter et assensum.

In cuius etc. datum etc.

61. Forma confirmacionis super diuisione[1]) inter rectorem et clericos facta.[2])

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos miseracione etc. vidimus et diligenter inspeximus quandam litteram diuisionis[3]) inter . . rectorem ex vna parte et clericos porcionarios eiusdem[4]) ex altera facte, cuius[5]) tenor . . est.

Nos vero, quod dictam diuisionem licite et sine alicuius prauitatis excessu ad vtilitatem ecclesie et rectoris ac clericorum predictorum inuenimus esse factam, ipsam auctoritate nostra duximus confirmandam.

In cuius rei etc. datum etc.

62. Qualiter episcopus procedit in illos qui veniunt[6]) contra diuisionem.

R miseracione etc. dilecto suo . . archydiacono[7]) etc.

Grauem querelam clericorum porcionariorum[8]) . . ecclesie accepimus, continentem quod rector ipsius auctoritate propria ordinacionem diuisionis infringere nititur que inter eos facta et[9]) auctoritate nostra extitit confirmata.

Quo circa mandamus vobis, quatenus prefatos clericos super ordinacione huiusmodi non permittatis a rectore predicto[10]) uel ab aliquo[11]) molestari, contradictores et rebelles eadem auctoritate per censuram ecclesiasticam conpellendo.[12])

Verum si inter prefatum rectorem et clericos aliqua causa occasione alicuius ordinacionis de nouo merserit,[13]) ipsam audientes fine canonico[14]) terminetis.

Quod si forte dictam causam non poteritis iudicio uel concordia terminare,[15]) dictam causam instructam ad examen nostri iudicii transmittatis.

Datum etc.

1) C: *diuina.*
2) In A ist dieses muster hier ausgefallen.
3) D: *quandam diuisionem.*
4) In B fehlt *eiusdem.* D hat: *eiusdem ecclesie.*
5) D: *cuius cedule diuisionis.*
6) D: *procedat contra clericos venientes.*
7) B: *archipresbytero.*
8) A: *parrochianorum.*
9) In D fehlt *facta et.*
10) In D fehlt *predicto.*
11) B: *uel aliquomodo.* D: *uel ab aliquo alio.*
12) B und D: *conpescendo.*
13) B und D: *emerserit.*
14) D: *debito.*
15) B: *uel concordare.*

63. Qualiter episcopus conpellit rectorem et clericos quod ministrent socio in scolis [1]) fructus sue porcionis.

C miseracione etc. dilectis suis rectori et clericis . . ecclesie etc.

Veniens ad nos . . scolaris, socius vester, nobis humiliter supplicauit, quod vos auctoritate nostra pro vestris excessibus [2]) denunciemus [3]) et exconmunicatos publice faciamus [4]) nunciari [5]) coram populo diebus dominicis et festiuis, eo quod eidem fructus sue porcionis denegatis [6]) in studio ministrare.

Vnde in virtute obediencie [7]) et sub pena exconmunicacionis predicte precipiendo mandamus, quatenus eidem de sue porcionis fructibus sollicite ministretis, quod studens [8]) feruencius ad sciencie metam perueniat peroptatam. Datum etc.

64. Qualiter epyscopus defendat ab exactionibus et foris secularibus promotum ad ordines maiores cum virgine [9]) matrimonialiter contrahentem. qualiter etiam procedat contra pretorem [10]) et aluaciles, non permittentes dictum contrahentem gaudere priuilegio clericali, et [11]) nolentes ipsius sentencias obseruare. [12])

H miseracione etc. vniuersis rectoribus archypresbyteris conmendatoribus et ceteris clericis . . ciuitatis et dyocesis salutem etc.

Cum nos monicione premissa [13]) pretorem et aluacilles . . castri [14]) exconmunicauerimus et exconmunicatos publice fecerimus nunciari propter suos excessus notorios et manifestos, eo quod a nobis moniti non permiserunt promotum ad maiores ordines qui cum virgine matrimonialiter contraxit gaudere priuilegio clericali, immo ipsum ad con-

1) In B fehlt *in scolis.*
2) In D fehlt *nostra pro vestris excessibus.*
3) A B C: *denunciet.*
4) A B C: *faciat.*
5) B und D fügen bei: *in ecclesia vestri* (D: *dicti*) *castri.*
6) D: *denegabant.*
7) D: *sancte obediencie.*
8) D: *quod ipse studens.*
9) In A fehlt *virgine.*
10) A: *pastorem.* hiemit schliesst auch das rubrum.
11) In B fehlt *et.*
12) D hat nur: *qualiter episcopus in hoc facto procedit contra pretorem et macillos non permittentes clericum contrahentem gaudere priuilegio clericali.*
13) D: *preuia.*
14) B: *ecclesie.* D: *pretorem loci et macillos.*

tribuendum [1]) cum laicis in foris et exactionibus secularibus [2]) conpellerunt, et sentencias nostras vilipendentes non curauerunt aliqualiter obseruare, in preiudicium dei [3]) et contemptum non modicum ecclesie libertatis — dignum est siquidem quod aliquis ex sua malicia conmodum non reportet, cum [4]) dicatur: nichil [5]) humilitas prodesse videretur,[6]) si contemptus contumacibus non obesset — nolentes [7]) quod tanta [8]) iniquitas transeat inpunita, nec tanta detur occasio peruersoribus malignandi, mandamus vobis in virtute obediencie [9]) et sub pena [10]) officiorum et beneficiorum, quatenus dictos pretorem [11]) et alios auctoritate nostra pulsatis campanis et candelis accensis [12]) publice in ecclesiis vestris denuncietis exconmunicatos diebus dominicis et festiuis, quo usque de tantis [13]) iniuriis factis ecclesie satisfaciant conpetenter, et ipsos faciatis penitus tamquam exconmunicatos ab omnibus arcius euitari, exconmunicantes etiam [14]) eadem auctoritate omnes sibi conmunicantes uel eis prestantes auxilium consilium et fauorem. [15])

Datum etc.

65. Carta quietacionis [16]) illorum qui bona episcopi receperunt et expenderunt. [17])

Vniuersis presentes litteras inspecturis N miseracione etc. Noueritis, quod . . die in . . loco recepimus conputum [18]) a seruiente [19]) nostro de omnibus que a [20]) nobis et mandato nostro [21]) usque ad presentem diem recepit tenuit soluit et expendit, et quod de omnibus receptis [22]) expensis et solutis nobis bonam [23]) et iustam reddidit racionem.

1) D: *contrahendum.*
2) B: *exactionibus laycalibus seu secularibus.*
3) In D fehlt *dei.*
4) D: *et cum.*
5) A C D: *nil enim.*
6) B: *uidetur.* D: *humilibus prodesse videretur humilitas.*
7) D setzt noch *itaque* bei.
8) B: *data.*
9) D: *sancte obediencie.*
10) D: *penis suspensionis.*
11) A: *pretores.* D: *pretorem et macilles.*
12) B: *exstinctis.*
13) In A und C ist *de tantis* ausgefallen.
14) B: *in.*
15) D hat hier nur: *tanquam exconmunicatis uel tanquam prestantes consilium auxilium uel fauorem euitari.*
16) D: *quitacionis.*
17) B: *qui reddiderunt racionem de bonis episcopalibus.*
18) In A B C fehlt *conputum.*
19) B: *a seruitore uel seruiente.*
20) A und C: *de.*
21) In A und C fehlt *nostro.* in B ist von *de omnibus* an alles ausgefallen.
22) B: *exceptis.* in A und C steht *receptis exceptis.*
23) D: *legitimam.*

Propter quod ipsum a reddenda nobis et[1]) successoribus nostris racione damus pro libero et quieto.[2])
In cuius etc.

66. Alia littera quietacionis[3]) quando aliquid remanet ad soluendum.[4])

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod nos miseracione etc. . . die in . . loco recepimus conputacionem a seruiente nostro, latori presencium, de omnibus que a[5]) nobis et mandato nostro usque ad presentem diem recepit tenuit soluit et expendit. quibus[6]) omnibus conputatis, remanserunt ad soluendum nobis xx libre[7]) et x modia[8]) frumenti. de aliis vero receptis solutis expensis, quia nobis bonam et[9]) iustam reddidit racionem, ipsum etc. *ut supra.*

67. Quando episcopus intendit ire[10]) ad dyocesim visitandam.[11])

N miseracione etc. dilecto suo . . rectori *uel* conmendatori *seu* procuratori . . ecclesie salutem etc.
Noueritis, quod dante domino . . die erimus in vestra ecclesia, et eam personaliter intendimus visitare.
Vnde mandamus vobis, quatenus paretis vos ad recipiendum[12]) nos ylariter et benigne, et ad ministrandum nobis ibidem procuracionem vestram,[13]) significantes parrochianis vestris quod ibi erimus illa die, ita quod illi si necesse fuerit a nobis ecclesiastica recipiant sacramenta.

68. Littera conpulsiua episcopi quod rector faciat in ecclesia residenciam personalem.[14])

N miseracione etc. dilecto suo . . rectori . . ecclesie salutem etc.
Quia dignum et iustum est quod ecclesia a iusto sui prelati[15]) seruicio non fraudetur qui ab eadem suscipit alimenta, si quidem pro certo conperimus quod vos contra

1) D: *aut.*
2) D: *racione in posterum quietamus et liberum denunciamus.*
3) D: *quitacionis.*
4) In A ist für dieses rubrum der raum leer gelassen.
5) A B C: *de.*
6) B: *quod.* D: *de.*
7) B: *libre . . monete.*
8) B: *modii.*
9) In B fehlt *bonam et.*
10) B und C: *episcopus vadit.*
11) In D fehlt dieses und das folgende muster.
12) A und C: *ad recepcionem recipiendum.*
13) B: *procuratorem nostrum.*
14) In B fehlt *personalem.*
15) B: *a sui iusti prelati.*

deum et canonicas sanctiones dictam ecclesiam a longis [1]) retroactis temporibus tanquam sponsam repudiatam pro derelicto habentes, çum per absenciam vestram in spiritualibus et temporalibus fere penitus est collapsa, non curatis — prout de iure tenemini — accedere ad eandem et[2]) sibi cum officiis [3]) et aliis deseruire.

Verum [4]) cum tantam vestram desidiam et negligenciam perspicere çonniuentibus oculis non possimus, nec debeamus sub silencio [5]) de cetero sustinere, monentes mandamus vobis [6]) quatenus sic faciatis quod hinc usque ad octo dies ad prefatam ecclesiam accedatis, facturi in eadem ut ordo iuris exigit [7]) residenciam personalem, ita quod presencia vestra ipsam faciat consolatam.

Alioquin patronis et heredibus ecclesie prefate nostris dabimus litteris in mandatis, quod nobis presentent personam ydoneam ad ecclesiam memoratam.

Datum etc.

69. Qualiter episcopus dispensat cum aliquo quod possit duo benefiçia licite [8]) retinere.[9])

N miseracione etç. dileçto suo . . porçionario salutem etc.

Consideratis tue persone meritis, ac industria quam propter tua merita exigencia [10]) paterna sollicitudine in nostris amplectimur visceribus caritatis, quam etiam benigno fauore prosequi affectamus, volumus ut çum porcione [11]) quam in dicta ecclesia optines porcionem que tibi in ecclesia . . loci çanonice est collata insimul possis habere ac licite retinere. tecum auctoritate ordinaria dispensamus, constitucione seu consuetudine çontraria non obstante.

In cuius rei etc. datum etç.

70. Qualiter episcopus excusat aliquem rectorem ad tempus a residencia in ecclesia facienda.

N miseracione etc. dilecto suo . . rectori etc.

Quia nobis vestris litteris significastis, [12]) quia per

1) B: *longe.*
2) A: *ut.*
3) B: *officio.*
4) B: *unde.*
5) B: *simulacione.* C: *dissimulacione.*
6) B fügt noch *in virtute obediencie* bei.
7) B: *exigerit.*
8) In B und D fehlt *licite.*
9) D: *tenere.*
10) D: *qua propter tuis meritis exigentibus.*
11) A und C fügen noch *predicta* bei.
12) D: *designastis.*

plurimum [1]) expediebat [2]) ex causa ineuitabili et necessaria super quibusdam rebus vestris procurandis ad breue tempus ad partes alias [3]) vos transferre, et quod vos interim excusaremus a residencia in vestra ecclesia facienda, usque ad biennium excusamus, [4]) ita quod propter absenciam vestram huiusmodi penam ecclesiasticam [5]) minime incurratis, dummodo aliquem fidelem procuratorem [6]) in dicta ecclesia constituatis, qui in eadem spiritualia et temporalia administret. [7])

In cuius rei etc. datum etc.

71. Qualiter episcopus publicare et significare debeat consecracionem ecclesie.

Vniuersis presentes litteras inspecturis N miseracione etc.

Noueritis, quod nos disponente domino . . ecclesiam . . die intendimus consecrare ad honorem dei et gloriose virginis matris [8]) Marie. [9])

Nos omnipotentis dei misericordia [10]) et beatorum apostolorum [11]) Petri et Pauli auctoritate et ea quam nobis dominus indulsit potestate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dedicacionem ecclesie predicte causa deuocionis et oracionis peruenerint [12]) xl dies de iniuncta sibi legittime [13]) penitencia misericorditer [14]) relaxamus.

Datum etc.

72. De anniuersario dedicacionis ecclesie. [15])

Vniueris Christi fidelibus ad quos presentes littere peruenerint N miseracione etc.

Splendor paterne glorie etc. *ut supra.*

Quia uero legitur in scripturis sacris, quod non locus hominem set homo locum sanctificare bonis operibus consueuit, propter hoc piis et religiosis locis [16]) non propter loca set propter diuini cultus seruicium ac reuerenciam

1) B: *quam plurimum.* C: *quod cum plurimum.* D: *quod quam plurimum.*

2) A B C: *expediebat quod.*

3) D: *illas.* B fügt *oporteat* bei.

4) In D ist von *a residencia* an bis hieher ausgefallen.

5) D: *canonicam.*

6) In B fehlt *procuratorem.*

7) D fügt hier noch bei: *vos tenore presencium excusamus.*

8) In D fehlt *matris.*

9) D fügt noch *et sancti . .* bei.

10) Dieser eingang fehlt in A B C.

11) D fügt noch *eius* bei.

12) B: *peruenerint unum annum et.* D: *accesserint vnum annum et.*

13) In B und D fehlt *legittime.*

14) D fügt noch *in domino* bei.

15) B fügt noch bei: *uel indulgencie visitantibus dedicacione.* D: *qualiter episcopus duxit consecrandam ecclesiam.*

16) D: *propter pios et religiosos.*

saluatoris nostri et hominum[1]) nos debemus exhibere fauorabiles et benignos.

Cum autem ad honorem dei et genetricis ipsius ecclesiam . . sancti . . die duxerimus consecrandam, et cultus diuinus non debet minui set augeri, nos de omnipotentis dei misericordia et beatorum etc. *ut supra*, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad dictam ecclesiam quolibet anno in die ipsius anniuersarii causa deuocionis et oracionis venerint[2]) xl dies de iniuncta sibi legittime[3]) penitencia misericorditer relaxamus.

Datum etc.

73. De viduis pupillis et orphanis defendendis.[4])

Excellentissimo domino illustri regi Francie[5]) N miseracione etc. salutem corporis et anime cum omni reuerencia et honore.

Accedens ad nostram presenciam . . vidua, latrix presencium, non sine graui afflictione cordis nobis grauiter est conquesta, asserens quod — cum ipsa sit pauper et vidua[6]) ac miserabilis persona — pretor ac officiales castri vestri . . ad instanciam . . mercatoris, qui est dives ac potens, super quibusdam bonis suis aggrauant multipliciter et molestant. licet[7]) ipsa de sui facultate modica velit satisfacere alicui aduocato qui causam suam foueat et defendat, nullus tamen est qui patrocinari velit, ne predicti mercatoris incurrat iniuriam[8]) uel offensam.

Verum cum pia mater et humilis, ecclesia, intuitu pietatis teneatur miserabiles personas viduas pupillos et orphanos defendere et in sua iusticia conseruare, excellenciam vestram rogandam duximus ex affectu, quatenus placeat dominacioni vestre, dictis pretori et officialibus scribere, quod in hac causa[9]) se non intromittant aliquid diffinire, et si aliquis de iusticia[10]) conquestus fuerit coram nobis suam iusticiam prosequatur.[11]) et nos tam de ipsa vidua quam de aliis orphanis et pupillis et miserabilibus personis faciemus fieri[12]) iusticie conplementum.

Datum etc.

1) D: *et omnium sanctorum etc.* dann fehlt alles bis *ut supra* einschliesslich.
2) D: *accesserint.*
3) In D fehlt *legittime.*
4) In D fehlt *defendendis.* In A und C fehlt dieses und das folgende muster.
5) D: *domino domino G dei gracia illustri regi francorum.*
6) In D fehlt *et vidua.*
7) D: *et licet.*
8) D: *maliuolenciam.*
9) In B fehlt *causa.*
10) B: *de ipsa.*
11) D: *consequatur.*
12) In D fehlt *fieri.*

74. De episcopo ad episcopum vicinum, quod in sua dyocesi subpleat vices suas.[1])

Venerabili in Christo patri amico suo karissimo N miseracione diuina etc. N eadem miseracione etc.

Cum ineuitabili et necessaria causa in remotis partibus longam[2]) moram trahere intendamus super nostris et ecclesie nostre arduis negociis pertractandis, paternitatem vestram rogandam duximus ex affectu, quatenus in . . dyocesi nostra que ad ordinis[3]) pontificalis[4]) spectant officium, cum a vicariis nostris uel eorum clero[5]) fueritis requisiti, dignemini exercere.

Ad hec autem exercenda vobis per presentes plenariam concedimus potestatem.

Insuper ratas[6]) habemus indulgencias, quas subditis nostris[7]) in episcopatu nostro pretextu consecracionis ecclesiarum[8]) et aliorum piorum locorum et religiosarum personarum et captiuorum duxeritis relaxandas.

Datum etc.

75. Cum archyepiscopus scribit suis[9]) suffraganeis quod consecrent electum in episcopum.

R dei gracia archiepiscopus salzburgensis[10]) venerabilibus fratribus et amicis in Christo karissimis . . salutem et fraternam[11]) in domino caritatem.

Glorificetur nomen altissimi, gloria sua[12]) disponens omnia,[13]) cuius inconprehensibilia sunt iudicia et inuestigabiles vie eius, quod . . capitulo . . ecclesie de pastore[14]) prouidere dignatus est persona vtique eminentis sciencie predita, honestate pacifica[15]) et benigna, de quo[16]) non minus prouisum est ecclesie quam persone.

Verum cum ad examinacionem persone in litteratura sciencia et conuersacione ipsius procederemus, inuenimus eundem non tantum ad hoc set ad maiora dignum esse.

Quo circa fraternitatem vestram rogandam duximus ex

1) D hat blos: *de episcopo ad episcopum.*
2) In D fehlt *longam.*
3) B: *ordinem.*
4) D: *in ciuitate et diocesi ad eadem que pontificale.*
5) In D fehlt *vel eorum clero.*
6) In B fehlt *ratas.*
7) In D fehlt *nostris.*
8) D fügt *nostrarum* bei.
9) D: *episcopis.*
10) In B fehlt *salzburgensis.* D hat *episcopus turonensis.*
11) B: *karissimis . . et . . episcopis salutem et sinceram.* D: *carissimis eademque gracia episcopis turonensis ecclesie suffraganeis salutem et sinceram.*
12) In D fehlt *gloria sua,* wofür A und C *gloriosa sua* haben.
13) D: *omnia suauiter.*
14) In D fehlt *pastore.* B hat: *ecclesie dispensatore.*
15) D: *sciencie honesta publica.*
16) D: *qua.*

affectu, quatenus die . . ad . . locum personaliter accedentes eidem munus consecracionis [1]) iuxta sanctiones canonicas [2]) inpendatis.

Datum etc.

76. Qualiter iudeus conpellatur per censuram ecclesiasticam indirecte. [3])

N miseracione [4]) etc.

Cum dominus papa ex solita benignitate omnibus vexillum sancte crucis deferentibus ad visitandam terram sanctam[5]) concesserit quod ad solucionem vsurarum minime teneantur, constitutis igitur coram nobis . . mercatore christiano . . loci [6]) et . . iudeo, [7]) cui christianus prefatus [8]) pretextu vsurarum quandam summam peccunie exigere tenebatur, quia vero nobis per confessionem dicti iudei — *uel* per testes, *uel* per publica instrumenta — constitit, prefatum iudeum sorte sua debita de [9]) iure contentum, eidem mandauimus quod nichil [10]) a prefato christiano per [11]) vsurariam prauitatem exigeret uel etiam extorqueret. [12])

Vnde mandamus vobis, quatenus — si prefatus iudeus a dicto christiano racione vsurarum aliquid presumpserit extorquere — ipsum iudeum ad desistendum ab huiusmodi prauitate [13]) per censuram ecclesiasticam conpellatis, scilicet exconmunicando omnes dicto iudeo conmunicantes, et eidem prestantes consilium auxilium et fauorem, et cum eodem tam enormia [14]) contrahentes, et eidem aliquid racione huiusmodi [15]) persoluentes.

Datum etc.

77. De episcopo ad legatum pro clerico concubinario.

Reuerendo in Christo patri . . episcopo, apostolice sedis legato, N miseracione diuina etc.

1) In A und C fehlt *consecracionis.*

2) In B fehlt *iuxta sanctiones canonicas.*

3) D stellt dieses und das folgende muster um.

4) B fügt hier *archipresbytero*, D dagegen *archidiacono* bei.

5) B fügt noch *Ierusalem*, D dagegen *jerosolimitanam* bei, worauf in D sogleich folgt: *vsuras minime teneantur soluere.*

6) B fügt hier bei: *causa uisitandi terram sanctam Ierusalem cruce signato.*

7) B: *iudeo . . loci.*

8) D: *iudeo qui a christiano prefato.*

9) D: *iudeum de sorte sua debito.*

10) B: *nil magis.*

11) Von hier an bis zum folgenden *christiano* einschliesslich ist in D ausgefallen.

12) B: *contorqueret.*

13) B fügt *auctoritate nostra* bei.

14) D: *eodem mercimonia.*

15) D: *huiusmodi debiti.*

Cum ad . . ecclesiam de . . nostre dyocesis causa visitacionis et correctionis nos contigerit accessisse, inuenimus ibidem . . presbyterum porcionarium eiusdem ecclesie, latorem presencium, propter concubinam [1]) exconmunicacionis sentenciam incurrisse. quem ab exconmunicacione predicta [2]) qua tenebatur astrictus duximus absoluendum.

Set quia cum eodem super irregularitate [3]) contracta nequiuimus dispensare, ipsum ad paternitatem vestram duximus remittendum, [4]) vos affectuose rogantes quatenus cum eodem super irregularitate sic contracta dignemini misericorditer dispensare.

Datum etc.

78. Qualiter episcopus remunerat laycos sibi seruientes.

Quia mercenarius dignus est mercede sua, et tam de rigore iuris quam de equitate expediat quod bene et fideliter seruientes condignam remuneracionem [5]) pro laboribus et sudoris honeribus [6]) prosequantur, ne [7]) propter remuneracionem subtractam [8]) sanguis quod absit de illorum manibus prodeat [9]) quibus seruicium est [10]) impensum, et subtractor a domino in die nouissimo requiratur, idcirco nos miseracione diuina etc. considerato seruicio quod nobis et ecclesie nostre continue a longis retroactis temporibus fecit . . talis [11]) seruiens et clientulus noster, lator presencium, eidem [12]) possessionem [13]) ad mensam nostram [14]) spectantem in prestimonium duximus conferendam, ita quod vsus fructuum [15]) ipsius [16]) habeat et in vita sua possideat, salua substancia rerum, set post mortem ipsius prefata possessio cum melioracionibus in eadem factis ad mensam pontificalem sine aliqua controuersia reuertatur.

In cuius rei testimonium etc. datum etc.

1) D: *super concubinatu.*
2) In B fehlt *predicta.*
3) B: *singularitate.*
4) B: *transmittendum.*
5) Von hier an bis *propter* einschliesslich ist in A und C ausgefallen.
6) B: *honoribus.*
7) In A B C fehlt *ne.*
8) D: *remuneracionis subtractionem.*
9) C: *procedat.*
10) D: *non est.*
11) D: *fecit . . laycus.*
12) B: *fecit . . de . . eidem.*
13) B: *porcionem.*
14) D fügt *pontificalem* bei.
15) D: *quod inde fructus porcionis.*
16) B: *ipsius possessionis.*

79. Qualiter episcopus absens faciet aliquem canonicum recipi in ecclesia cathedrali.[1])

N miseracione etc. dilecto suo . . rectori [2]) etc.

Cum in ratisponensi ecclesia[3]) quedam ad presens vaccet prebenda per mortem bone memorie quondam archydiaconi [4]) ipsius ecclesie, et ad ipsam conferendam ad ecclesiam nostram propter quedam eminencia negocia accedere non possimus, mandamus vobis quatenus ad collacionem ipsius prebende nomine et vice nostra insimul cum capitulo et in capitulo [5]) prout vobis et ipsi capitulo dominus ministrauerit [6]) procedatis.

Et promittimus, nos ratum habituros et firmum quicquid de collacione predicte ecclesie [7]) cum capitulo duxeritis ordinandum.

In cuius rei etc. datum etc.

80. Qualiter exconmunicetur in genere qui furta[8]) conmisit.

N miseracione etc. rectori . . ecclesie etc.

Accedens ad nostram presenciam . . mercator, lator presencium, nobis lacrimabiliter est conquestus, quod — cum ipse die tali [9]) apud domum suam in lectulo suo occubuisset[10]) — circa medie noctis horam, dum in medio silencii esset,[11]) aliqui maligno ducti spiritu deum pre oculis non habentes clam et latenter in domum ipsius irruendo quendam summam peccunie pannos [12]) et res alias asportarunt.

Quo circa mandamus vobis, quatenus in ecclesia vestra et aliis circumiacentibus auctoritate nostra moneatis [13]) in genere dictos confugientes [14]) qui furta conmiserunt predicta, quod a recepcione presencium usque ad dies viii secrete restituant [15]) res prefatas.

Alioquin tam factores [16]) quam consencientes in dictis ecclesiis exconmunicatos denuncietis et faciatis publice de-

1) D stellt wieder dieses und das folgende muster um.
2) C: *canonico.*
3) B: *cum . . ecclesia.* D: *in vlixbonensi ecclesia.*
4) B und D: *canonici.*
5) In D fehlt *et in capitulo.*
6) D: *ministrabit.*
7) B und C: *prebende.* D hat blos: *de collacione predicta.*
8) D: *ille qui furtum.*
9) B: *quadam.*
10) D: *concubuisset.*
11) A und C: *essem.* B: *essent.*
12) In D fehlt *pannos.*
13) B und D haben blos: *ecclesia ipsa* (D: *vestra*) *moneatis.*
14) In B fehlt *dictos confugientes.* D hat dafür: *omnes illos.*
15) B: *destituant.*
16) D: *tam ipsos factores.*

nunciari diebus dominicis et festiuis,[1] quousque eidem . . mercatori[2] de prefatis rebus furtiue subtractis[3] plenarie[4] satisfaciant.

Datum etc.

81. De limitacione ecclesiarum.[5]

Quoniam labilis est memoria hominis, cum[6] a vili et corruptibili materia est[7] formatus, cum nichil certius morte, nil incertius hora mortis,[8] ideo inuentum fuit sacre scripture remedium, ut ea que in presenti[9] hominum disposicione extiterint[10] ordinata possint in posterum ad perpetuam rei memoriam liquido conprobari.

Verum cum in . . ecclesiis nostre dyocesis visitacionis et correctionis officium exerceremus, inuenimus inter earundem ecclesiarum rectores super decimis et parrochiis scandalorum[11] controuersias multipliciter ac nouiter suscitatas, cum vterque eorum ad inuicem ad parrochias[12] alterius manus auidas extendebant.[13]

Nos vero tante litis discordiam tam auctoritate ordinaria quam vtriusque partis beneplacito per viam pacis et concordie federa[14] benigno fauore dirimere[15] cupientes, prelibatis[16] ecclesiis limitamus parrochias per certos terminos[17] et locorum distancias in hunc modum. videlicet assignamus ecclesie . . parrochianos et . . terminos perpetuo limitatos.

In cuius rei testimonium fecimus inde fieri duas cartas, nostro sigillo sigillatas,[18] quarum vnam habeat rector . . ecclesie, aliam vero talis rector.[19]

Actum in . . loco . . die. presentibus etc.

82. Qualiter contra clericum incorrigibilem procedatur.

N miseracione etc. archydiacono etc.

Sicut mattutinus lucifer alia sydera in splendore pre-

1) In B und D fehlt *diebus dominicis et festiuis.*
2) In B und D fehlt *mercatori.*
3) D: *receptis.*
4) In D fehlt *plenarie.*
5) B fügt noch bei: *super quibus rectores litigauerunt.*
6) A und C: *et.*
7) D: *corruptibili sit.*
8) B: *hora eius uel mortis.*
9) D: *presencia.*
10) B: *fiunt.*
11) In D fehlt *scandalorum.*
12) D: *parrochianos.*
13) B: *extendissent.*
14) D: *sedare.*
15) Alle vier handschriften haben *dirigere.*
16) D: *prefatis.*
17) A B C: *nuncios.*
18) B und D: *munitas.*
19) B: *uero rector . . ecclesie.*

cellit, et quasi sol refulgens in planetarum medio preeminenti coruscacione clarius elucescit, sic clericalis ordo ad decorem domus domini debet inter alios eminencius resplendere. clericus enim a cleros — quod est sors — quasi in sortem [1]) domini electus interpretatur, et [2]) quasi signum ad sagittam positus [3]) inde debet ostendere qualiter oporteat in domo domini conuersari, ut malum auertat, [4]) bonum discat. quod enim agitur [5]) a prelatis, facilius datur subditis [6]) in exemplum.

Verum cum peccatis exigentibus porcionarium . . ecclesie fama publica deferente inuenerimus quam plurimis delictis enormibus — furto, homicidio, et excessibus publicis et manifestis, et aliis criminibus [7]) — multipliciter irretitum, et — licet per nos ut se corrigeret et de tantis excessibus satisfaceret caritatiua [8]) monicio precessisset — idem [9]) talis tanquam sue salutis inmemor id facere recusauit, immo deteriora prioribus conmissis [10]) accumulans salutem non formidauit scandalo multiplici perturbare. in [11]) linguas hominum incidere, et eorum inimicicias incurrere uel offensam, et multa enormia delicta in contumeliam et ignominiam creatoris conmittere non expauit. propter que ipsum exconmunicauimus, et deinde ipsum recusantem nolentemque [12]) de tantis excessibus satisfacere nec ad viam correctionis aliquatenus peruenire anathematizauimus, iusticia mediante, demum [13]) eundem in sua solita pertinacia perdurantem ab officio et beneficio duximus suspendendum.

Vnde cum non [14]) debeat de sua malicia inueterata [15]) conmodum reportare, et dignum sit ut quos timor dei a malo non reuocat saltim eos coherceat seueritas temporalis, mandamus vobis quatenus — si [16]) usque ad terminum predictum ad reconciliacionem sancte matris ecclesie redire noluerit — cicius [17]) quam poteritis eundem multum sagaciter capi faciatis absque corporis [18]) lesione, et eundem in car-

1) B: *sorte.*
2) B C D: *qui.*
3) D: *positum.*
4) A B C: *aduertat.* D: *euertat.*
5) D: *datur.*
6) D: *a subditis.*
7) Dieser ganze zwischensatz fehlt in A und C.
8) D: *canonica.*
9) Von hier an bis *facere* einschliesslich fehlt in D.
10) In D fehlt *conmissis.*
11) Von hier an bis *offensam* einschliesslich fehlt in D.
12) In A B C fehlt *nolentemque.*
13) B: *deinde postea.*
14) D: *cum ipse non.*
15) In D fehlt *inueterata.*
16) Von hier an bis *poteritis* einschliesslich fehlt in B und D.
17) C: *ocius.*
18) D: *corporali.*

cerali custodia retineri,[1]) ferreis vinculis perpetuo religatum,[2]) ita quod huiusmodi pena cedat aliis in exemplum.
Datum etc.

83. De constitucionibus synodalibus registrandis.[3])

R miseracione etc. dilectis suis . . archydiaconis prioribus conmendatoribus[4]) archypresbyteris procuratoribus[5]) capellanis[6]) et ceteris clericis[7]) ecclesiarum . . ciuitatis et dyocesis salutem etc.

Si racione rerum et personarum statuta et ordinaciones[8]) iuris peritorum et mandata principum minime seruarentur, non tanquam verba prudentum set quasi essent[9]) verba puerilia deputata.[10])

Sane cum apud locum nuper in nostra ecclesia kathedrali vna cum capitulo nostro[11]) synodum duxerimus celebrandam, et de consilio et approbacione dicti capituli[12]) nostri[13]) quasdam in ipsa synodo constituciones ediderimus synodales, mandamus vobis in virtute sancte obediencie, quatenus ipsas in[14]) parrochiis et ecclesiis[15]) vestris inuiolabiliter obseruetis, et in libris vestrarum ecclesiarum prefatas constituciones,[16]) quas vobis sub nostro sigillo interclusas — *uel* sigillatas[17]) — per . . latorem presencium ducimus destinandas, scribi uel[18]) redigi faciatis.[19])

Alioquin contemptores huiusmodi mandati nostri propter inobedienciam grauiter puniemus.
Datum etc.

84. Qualiter constituciones synodales execucioni dentur.[20])

N miseracione etc. archydiacono etc.

Relacione plurimorum intelleximus manifeste,[21]) quod quidam rectores archidiaconatus vestri in parrochiam alte-

1) D: *detineri.*
2) D: *ligatum.*
3) D: *regestrandis.* auch ist hier wieder dieses und das folgende muster umgestellt.
4) B fügt hier noch *uicariis* ein.
5) B und D fügen noch *rectoribus* ein.
6) A und C: *capitulis.*
7) B: *rectoribus.*
8) B: *ordines.*
9) B: *set fierent tamquam.*
10) D: *reputata.*
11) B fügt noch bei: *et nobiscum.*
12) D: *dicti consilii siue capituli.*
13) A C D: *et nostri.*
14) Von hier an bis *prefatas* einschliesslich fehlt in D.
15) In B fehlt *et ecclesiis.*
16) D: *constituciones scribatis.*
17) In B und D fehlt *uel sigillatas.*
18) In B fehlt *scribi uel.*
19) D hat blos: *presencium destinamus.*
20) B fügt noch bei: *uel obseruentur.*
21) B und D: *veridica.*

rius manus[1]) extenderunt auidas, contra deum et libertatem ecclesiasticam[2]) ac contra constituciones synodales in synodo nostra nuper editas et per capitulum nostrum et clerum nostre dyocesis vniuersum legittime approbatas.

Quo circa mandamus vobis, quatenus dictas constituciones nostras in archydiaconatu vestro faciatis ab omnibus rectoribus conmendatoribus procuratoribus et ceteris[3]) clericis inuiolabiliter obseruari, contradictores et rebelles auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam conpellendo.[4])

Datum etc.

85. De eo qui intestatus decessit.[5])

G[6]) miseracione etc. archypresbytero etc.

Exhibita nobis rectoris de . . peticio continebat, quod — cum . . laycus parrochianus suus subitanee mortis suffocacione decesserit[7]) intestatus — heredes et successores dicti intestati sibi terciam[8]) de tercia[9]) bonorum suorum — prout seruatur de iure et consuetudine nostri episcopatus — soluere[10]) contradicunt.

Quo circa mandamus vobis, quatenus inquisita super hoc diligencius veritate, si inueneritis ipsum[11]) parrochianum[12]) decessisse[13]) ut asserit[14]) intestatum, heredes et successores ipsius[15]) ad soluendum dicto rectori terciam partem[16]) de tercia bonorum dicti intestati auctoritate nostra[17]) per censuram ecclesiasticam conpellatis, inuocato ad hoc si necesse fuerit auxilio brachii secularis.

Datum etc.

86. Visitacio contra clericos per archydiaconum.

R miseracione etc. dilecto suo . . archydiacono etc.

Relacione plurimorum ad nos noueritis peruenisse,[18]) quod aliqui clerici in vestro archydiaconatu constituti de

1) B: *archidyaconi nostri indifferenter manus.* D: *vestri parroch. manus ad inuicem.*
2) B: *sancte matris ecclesie.* D: *deum et iusticiam et libertatem sancte matris ecclesie.*
3) D: *ceteris aliis.*
4) B: *conpescendo.*
5) B: *discessit.*
6) C: *Chunradus.*
7) B: *discesserit.*
8) B und D: *terciam partem.*
9) B: *tercia parte.*
10) D: *tradere.*
11) B und D: *dictum.*
12) A und C: *citatum.* B: *parrochianum eundem.*
13) A und C: *fuisse.*
14) D: *asseritur.*
15) B setzt *intestati* bei.
16) In B fehlt *partem.*
17) In D fehlt *auctoritate nostra.*
18) B: *deuenisse.*

incontinencia et aliis excessibus et alias [1]) peruerse et [2]) inique conuersacionis et vite infamia publice notantur, sanctam religionem ordinis [3]) inpudenter [4]) ac viliter [5]) polluentes.

Quo circa vobis in virtute obediencie et sub obtestacione [6]) diuini iudicii districte precipiendo mandamus, quatenus omni mora postposita ad ecclesias vestri archydiaconatus [7]) personaliter accedatis, et de uita et conuersacione ipsorum [8]) clericorum diligencius inquiratis, corrigendo que videritis corrigenda, et nichilominus secundum sanctiones canonicas excessus delinquentium [9]) puniendo.

Datum etc.

87. Ad fratres predicatores portantes [10]) alienum parrochianum ad sepulturam. [11])

M miseracione etc. religiosis viris et amicis in Christo karissimis priori et conuentui fratrum predicatorum de . . loco salutem et fraternam in domino caritatem.

Ex parte rectoris et clericorum . . ecclesie nobis conquerendo extitit intimatum, quod — cum . . parrochianus dicte [12]) ecclesie, agens in articulo mortis, ipsi ecclesie tanquam parrochianus eiusdem [13]) quedam [14]) de bonis suis legauerit, et ibidem in vltima voluntate se preceperit sepeliri — vos tanquam alieni iuris [15]) raptores falcem in messem alienam mittentes, corpus dicti parrochiani cum quibusdam legatis ecclesie predicte ad sepeliendum in vestrum monasterium deportastis.

Verum cum non debeamus alicui iusticiam denegare, mandamus vobis quatenus — si est ita — corpus defuncti ad prefatam ecclesiam cuius parrochianus extitit deportantes, dictis rectori et clericis legata [16]) sibi plenarie persoluatis.

1) In D fehlt *et alias*.
2) In B fehlt *peruerse et*.
3) B: *religionem clericalis ordinis*. D: *religionem clericalem ordinem*.
4) D: *inprudenter*.
5) D: *et multipliciter*.
6) A und C: *ostentacione*. B: *attestacione*.
7) B: *ad archidyaconatum*.
8) A und C: *priorum et*.
9) B: *diligentius*.
10) C: *deportantes*.
11) In A ist der raum für dieses rubrum noch leer.
12) In B ist von hier an bis *parrochianus* einschliesslich ausgefallen.
13) D: *eidem*.
14) In B fehlt *quedam*. A und C haben *quondam*.
15) B: *uiri*.
16) A: *clericis de . . et legatis*. B: *clericis et legatis*. C: *clericis delegatis*.

Alioquin die . . quem vobis peremptorium [1]) terminum [2]) assignamus coram nobis per sufficientem procuratorem conparere curetis, [3]) dictis rectori et clericis de premissis facturi iusticie conplementum. alias nos [4]) in dicta causa prout de iure fuerit procedemus.

Quod si dies conparicionis [5]) etc.

Datum etc.

88. Conposicio [6]) inter episcopum et capitulum.

In nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod — cum inter nos N miseracione diuina . . episcopum ex vna parte et capitulum eiusdem [7]) ex altera super diuisione bonorum nostrorum, [8]) scilicet super decimis mortuariis et aliis iuribus . . ecclesiarum nostre dyocesis, a longis retroactis temporibus esset questionis materia suscitata — tandem altissimus Iesus Christus vnigenitus gloriosus, qui est testator [9]) pacis et vere salutis formator, [10]) omne reuocans odium scandalum et offensam, inter nos amicabilem conposicionem per viam pacis et concordie edidit salutarem.

Cuius pacis inherentes vestigiis formam pacis et concordie per amicabilem conposicionem in hunc modum duximus statuendum. [11]) videlicet quod episcopus qui nunc est et omnes ipsius successores qui vlixbonensis ecclesie pro tempore fuerint [12]) libere habeant sine qualibet contradictione decimas et mortuaria et omnia alia iura . . ecclesie perpetuo [13]) possidenda.

Ordinatum etiam extitit inter nos et capitulum predictum, quod capitulum [14]) decimas et mortuaria et omnia alia iura . . ecclesie — preter procuracionem que datur racione visitacionis — libere habeat et possideat cunctis temporibus seculorum.

In cuius rei testimonium fecimus inde fieri tres cartas per alphabetum diuisas, nostris sigillis signatas, [15]) quarum

1) In D fehlt *peremptorium.*
2) B: *diem.*
3) B und D: *conpareatis.*
4) D: *alioquin.*
5) In B und D fehlt *conparicionis.*
6) A: *computacio.*
7) D: *ecclesie eiusdem.*
8) B: *omnium.*
9) D: *actor.*
10) B: *reformator.*
11) B: *ordinandam.* D hat hier kürzer gleich: *omne scandalum odium uel offensam inter nos amouit et amicabilem conposicionem inter nos duxit ordinandam.*
12) Von hier an bis *ecclesie* einschliesslich ist in A und B ausgefallen.
13) B und D: *qui ecclesie predicte prefuerint.*
14) In A und C ist *quod capitulum* ausgefallen.
15) D: *nostro sigillo sigillatas.*

vna remaneat penes [1]) nos dictum episcopum, altera penes capitulum, et tercia remaneat thezaurizario[2]) vlixbonensis[3]) ecclesie perpetuo conseruanda. [4])

Actum etc. presentibus etc.

89. Quod conposicio confirmetur[5]) per papam.

Sanctissimo in Christo patri ac domino domino N diuina prouidencia sacrosancte romane [6]) ecclesie summo pontifici M licet indignus episcopus et capitulum vlixbonense [7]) cum summa reuerencia pedum oscula beatorum. [8])

Cum inter nos ad inuicem super diuisionibus bonorum nostrorum omnium, scilicet decimis mortuariis et iuribus [9]) aliis talium ecclesiarum nostre [10]) dyocesis, questio varia et diuersa agitata diucius extitisset, tandem mediante redemptoris [11]) gracia, qui pacis est et concordie reformator, [12]) per amicabilem conposicionem questionem prefatam concorditer terminauimus in hunc modum: *in nomine domini amen* etc.

Quare vestre sanctitatis beniuolenciam humiliter duximus exorandam, [13]) quatenus prelibatam [14]) conposicionem — prout iuste [15]) et sine prauitate facta est — vestris dignemini litteris confirmare ac stabilitate perpetua [16]) solidare.

Datum etc.

90. Conpromissum in arbitros. [17])

In nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod — cum inter nos M miseracione etc. ex vna parte et capitulum eiusdem ex altera super iure patronatus . . ecclesie nostre dyocesis, scilicet possessionibus decimis et aliis rebus, auctoritate apostolica questio esset diucius agitata — nos volentes parcere multis laboribus et expensis, ac prefatam questionem [18]) iudicio uel concordia terminare, pro bono pacis

1) Von hier an bis *remaneat* einschliesslich fehlt in D.
2) B C D: *thesaurario.*
3) In B und D fehlt *vlixbonensis.*
4) D: *reseruanda.*
5) B: *firmetur.*
6) B: *Gregorio sancte romane.* D: *Innocencio sacro sancte romane ac vniuersalis.*
7) D: *capitulum eiusdem ecclesie.*
8) Anstatt dieses schlusses setzt B gleich nach *ecclesie* ein *etc.*
9) B: *rebus.*
10) D: *scilicet mortuariorum decimarum et aliarum rerum ecclesiarum mee.*
11) D: *altissimi.* B und C: *redemptoris altissimi.*
12) B: *amator.*
13) B: *supplicandam.*
14) D: *predictam.*
15) B: *de iure.*
16) In D fehlt *perpetua.*
17) In D fehlt dieses und die beiden folgenden stücke.
18) B: *causam.*

et concordie super questione prefata conpromisimus in . . viros prouidos et discretos, sub pena hinc inde corporalis[1]) prestiti iuramenti,[2]) et sub pena etiam mille[3]) marcarum argenti soluendarum a parte contradicente parti obtemperare volenti arbitrio seu iudicio . . arbitrorum.

Et sub pena eadem promittimus et obligamus nos, stare sub ypotheca bonorum nostrorum temporalium et spiritualium arbitrio mandato proposicioni seu iudicio predictorum,[4]) et acceptare et seruare quidquid ipsi uel duo ipsorum[5]) in hac questione contenta arbitrando mandando iudicando ordinando laudando conponendo et etiam sentenciando[6]) quidquid ipsi uel duo ipsorum duxerint[7]) faciendum.

In cuius rei testimonium eis talibus has nostras patentes litteras, nostris sigillis sigillatas,[8]) duximus concedendas.

Datum etc.

91. Contractus mutui.[9])

In nomine domini amen.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod in . . die . . anno[10]) nos R miseracione diuina etc. recognoscimus[11]) et confitemur, a mercatore . . loci c marcas bonorum turonensium et legalium mutuo accepisse, et ipsas nobis fuisse solutas in peccunia numerata.[12])

Quas quidem marcas in vtilitatibus et negociis vlixbonensis ecclesie duximus conuertendas.[13])

Nos vero dictas marcas uel valorem earum predicto mercatori usque ad . . diem in ciuitate vlixbonensi in pace et sine contradictione qualibet nos promittimus soluturos.

In cuius rei testimonium hanc patentem litteram, nostro[14]) sigillo munitam, dicto mercatori duximus concedendam.

Datum etc.

92. Refutacio peccunie.[15])

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi, quod

1) B: *corporis.* A und C: *precorporalis.*
2) B: *prestito iuramento.*
3) B hat nur *c.*
4) B: *predicto.*
5) B: *nostrorum.*
6) B: *seruando.*
7) B: *dixerint.*
8) B: *signantes.*
9) B stellt dieses und das folgende muster um.
10) B: *anno . . loco.*
11) B: *cognoscimus.*
12) B: *naturali.*
13) B: *concedendas.*
14) B: *nostri sigilli munimine roboratam uel nostro.*
15) B setzt noch *mutate*, C *numerate* bei.

ego . . mercator vlixbonensis[1]) confiteor et recognosco, me habuisse et in numerata[2]) pecunia recepisse a venerabili patre domino M vlixbonensi episcopo c[3]) marcas bonorum turonensium et legalium, quas eidem mutuaui.[4])

Et ipsum et successores suos qui vlixbonensi[5]) ecclesie prefuerint ad huiusmodi debitum do et concedo pro liberis et quietis, ita quod — si de cetero supra dicto debito carta uel scriptura siue instrumenta aliqua apparuerint — sint irrita, et nullam habeant roboris firmitatem.

In cuius rei testimonium hanc patentem litteram per manus talis[6]) tabellionis factam dicto episcopo concessi et mei[7]) sigilli munimine signatam.

Et ego talis tabellio his omnibus interfui etc.

93. Contra officiales[8]) ciuitatis qui tenent aliquem[9]) obsessum in ecclesia.

N miseracione etc. dilectis suis archidyacono et archipresbytero talis castri[10]) salutem etc.

Dolemus non inmerito quam plurimum et turbamur. intelleximus enim, quod quidam layci, quibus falso modo et inique mortis inpigebatur[11]) periculum, timentes[12]) pretorem et officiales dicti[13]) castri contra eosdem in iracundiam concitantes, ad . . ecclesiam dicti castri pre metu mortis confugerant,[14]) ut in eadem securius possent a mortis periculo defensari. qui[15]) pretor et officiales cum multitudine armatorum in eosdem confugientes cum magno tumultu hostiliter irruentes, ipsos in prefato obsessos tenentes, inmunitatem dicte ecclesie tamquam speluncam latronum violando, dictis confugientibus in contemptu[16]) dei et sancte matris ecclesie panem et aquam et cetera victualia[17]) subtraxerunt.

Quo circa mandamus vobis, quatenus ipsos pretorem et officiales[18]) auctoritate nostra moneatis, ut dictos confu-

1) B: *mercator . . loco.*
2) B: *et inmutata.*
3) B: *domino episcopo . . c.*
4) B: *exconmutuaui.*
5) B: *tali.*
6) In B fehlt *talis.*
7) B: *nostri.*
8) D: *pretorem et officiales.*
9) In D fehlt *aliquem.*
10) In D fehlt *talis castri.*
11) B: *inpingebatur.* D: *inpungebatur.*
12) A B C: *tenentes.*
13) Von hier an bis *possent* einschliesslich ist in D ausgefallen.
14) B: *confugerent.* C: *confugerunt.*
15) A und D: *quod.*
16) D: *dicti consurgentes in conspectu.*
17) D: *et tectum actualiter.*
18) B und D: *officialem.*

gientes in prefato [1]) obsessos non teneant, nec eis aliqua subtrahant alimenta.

Quod si scriptis [2]) moniti id facere recusarint, ipsos auctoritate nostra exconmunicetis, et exconmunicatos publice nuncietis, et faciatis ab omnibus tamquam exconmunicatos arcius euitari.

Insuper omnes dicti castri ecclesias supponatis ecclesiastico interdicto, quo usque dicti confugientes [3]) liberum et securum habeant exitum et regressum, et eidem ecclesie cuius inmunitatem [4]) temere violarunt [5]) et de tanta deo et nobis illata iniuria satisfaciant conpetenter.

Datum [6]) etc.

94. Reseruacio beneficii auctoritate apostolica. [7])

R miseracione etc. dilectis suis priori et clericis porcionariis talis ecclesie talis castri [8]) salutem et benedictionem.

Noueritis, nos summi pontificis [9]) litteras recepisse in hunc modum: *Martinus episcopus seruus seruorum dei* etc. [10])

Harum auctoritate litterarum qua fungimur in hac parte dictum clericum in sciencia moribus vita et conuersacione [11]) examinauimus, prout in dicto rescripto apostolico plenius continetur. et quia ipsum inuenimus dignum [12]) ad huiusmodi beneficium obtinendum, nos sibi reseruamus [13]) porcionem in dicta ecclesia quam primo ibidem vacaret [14]) ad collacionem ipsius, ut ipsam dicto clerico iuxta mandatum summi pontificis conferamus.

Quo circa vobis eadem auctoritate precipimus et mandamus, quatenus quam cito in prefata ecclesia porcionem vacare contigerit ad collacionem ipsius [15]) nullatenus procedatis, quia de [16]) ipsa porcione dicto clerico intendimus prouidere, decernentes irritum et inane quicquid de colla-

1) B: *prefata ecclesia.* D: *in dicta ecclesia.*
2) D: *dicti.*
3) D: *fugientes.*
4) B: *inmunitates.*
5) D hat hier: *exitum ex eiusdem ecclesie inmunitate temere violare.*
6) B: *datum prage.*
7) In A fehlt *auctoritate apostolica.*
8) B: *suis parrochiariis .. ecclesie.* D: *suis rectori etc.*
9) B und D: *nos domini pape.*
10) B hat nur: *G etc.* D dagegen: *I episcopus etc.*
11) In D fehlt *vita et conuersacione.*
12) D: *ydoneum.*
13) B: *reseruauimus.* C: *seruauimus.*
14) B und D: *uacare contigerit,* worauf in D alles ausgefallen ist bis zu den worten *ad collacionem* des folgenden absatzes, vor welchen dort *quare* steht.
15) B: *alterius.*
16) D: *quoniam in.*

cione predicta contra mandatum domini pape presumpseritis attemptare.

Datum etc.

95. Confirmacio[1]) beneficii auctoritate apostolica.

N miseracione etc. dilectis suis rectori et clericis[2]) etc.

Noueritis, nos olim summi pontificis recepisse litteras in hac forma: *G*[3]) etc.

Et cum nos dictum clericum tunc temporis in sciencia moribus vita et conuersacione examinauerimus, et inuenerimus dignum ad huiusmodi beneficium obtinendum, nos sibi reseruauimus porcionem quam cito[4]) ibidem vacaret, et conferendam[5]) duximus iuxta mandatum domini pape,[6]) prout in littera nostre reseruacionis plenius continetur.

Nunc autem, cum in dicta ecclesia quedam porcio vaccet ad presens per mortem . . porcionarii ipsius ecclesie, volentes, ut dignum est, mandatis domini[7]) pape in omnibus obedire, prefatam porcionem dicto clerico auctoritate ipsius domini pape qua fungimur in hac parte[8]) duximus conferendam, et ipsum de dicta[9]) porcione per nostrum pilleum inuestimus, contradictores et rebelles exconmunicacionis vinculo innodantes.

In cuius rei etc. datum etc.

96. Cum metropolitanus[10]) vocat ad synodum suffraganeos.[11])

N dei gracia archiepiscopus salernitanus[12]) venerabilibus fratribus et amicis in Christo karissimis talibus dei gracia episcopis suffraganeis salernitane[13]) ecclesie salutem et fraternam in domino karitatem.

Cum de grege nobis conmisso in extremo die iudicii nos oporteat reddere racionem, expedit ut pro ecclesia dei

1) A und C: *conseruacio*. B: *inuestitura uel conseruacio beneficii auctoritate domini pape*. D: *alia reseruacio de porcione*.

2) B und D: *clericis porcionariis ecclesie*.

3) B: *Innocencius uel Gregorius*. D: *Innocencius*.

4) D: *primum*.

5) B: *confirmandam*.

6) C: *pape in omnibus*.

7) D: *mandatis dicti domini nostri*.

8) In B fehlt *in hac parte*.

9) B und D: *ipsa*.

10) A: *cum capuanus*. B: *cum archiepiscopus uel metropolitanus*. C: *cum conprianus* mit dem abkürzungsstriche über *ri*.

11) C fügt *ipsos*, D *suos* bei.

12) B: *Franciscus dei gracia archiepiscopus*. D: *N miseracione etc*.

13) B hat hiefür zwei punkte. D: *turonensis*.

taliter vigilemus, ut conmissum nobis gregem ab illius lupi morsibus qui circuit querens quem deuoret [1]) defendamus, non facientes tanquam mercenarius cuius proprie non sunt oues, qui videns lupum venientem dimittit oues et fugit, set tanquam boni et experti pastores gregis, qui oues sibi conmissas defendentes a luporum lacerantibus morsibus vigilant et conseruant.

Hinc est quod vos rogamus attencius [2]) et monemus, quatenus in . . ciuitate omni mora postposita nobiscum personaliter intersitis, ut ibidem nobiscum super vtilitatibus [3]) ecclesiarum nostrarum et tocius regni . . procurandis [4]) habeamus colloquium et tractatum.

97. De anniuersario dato ecclesie [5]) ab epyscopo viuente. [6])

In nomine domini amen.

Cum ex debito nature filius ad reuerenciam teneatur et obedienciam matri sue, que suis maternis ipsum lactauit vberibus, [7]) quam plurimis sumptibus et sudoribus enutriuit, siquidem nos miseracione diuina . . episcopus, [8]) recolentes plurima bona que a matre nostra vlixbonensi [9]) ecclesia a teneris annis recepimus, que nos etiam in pietatis sue gremio collocando de honore ad honorem gradatim de bono in melius exaltauit, ut diuini cultus seruicium [10]) non diminuatur set augeatur pocius, ad honorem gloriose virginis [11]) Marie et beati Vincencii martiris, [12]) cuius corpus sanctissimum in vlixbonensi [13]) ecclesia requiescit, damus et concedimus dicte vlixbonensi [14]) ecclesie . . possessionem nostram cum omnibus pertinenciis suis quam [15]) habemus in . . loco, que nobis successione [16]) patrimonii nostri remansit, perpetuo possidendam, ita videlicet quod per redditus possessionis ipsius vna missa ad honorem sancti spiritus in quolibet die iouis, alia vero missa in quolibet die sab-

1) D: *deuoret resistere ualeamus.*
2) D: *attente.*
3) D: *ibidem simul pro vtilitate.*
4) D: *tocius regiminis nobis conmissi.*
5) In D fehlt *ecclesie.*
6) B: *donacio patrimonii ecclesie uel anniuersario dato ecclesie timente.*
7) D: *filius tenetur obedienciam et reuerenciam matri sue exhibere, quem ipsa suis lactauit vberibus et laboribus.*
8) B: *diuina vlixbonensis episcopus.*
9) In B und D fehlt *vlixbonensi.*
10) D: *officium.*
11) D: *virginis matris.*
12) D: *Vincencii et Martini.*
13) D: *in dicta turonensi.*
14) D: *ipsi turonensi.*
15) A: *quas.*
16) D: *possessione.*

bati[1]) ad honorem genitricis[2]) virginis gloriose,[3]) alia autem missa in quolibet die martis [4]) ad honorem eiusdem martiris beati Vincencii, [5]) ceteris vero diebus et singulis vna missa de requie pro animabus [6]) patris et matris mee et pro anima nostra perpetuo sollempniter [7]) decantentur.

In cuius rei etc. datum etc.

98. De condendo [8]) testamento.

In nomine sancte trinitatis et indiuidue vnitatis patris et filii et spiritus sancti amen.

Nos miseracione diuina[9]) episcopus, memores condicionis humane, quam semper comitatur innata fragilitas, cui ab ipso vite principio mortis imperium dominatur, dum vite nobis instaret terminus, loquele tamen et [10]) memorie in nobis integritate vigente, egri corporis, sane mentis, [11]) sic saluti nostre anime prouidimus consulendum, [12]) ut rebus humanis exempti videamur, de veri et eterni dei misericordia confidentes, quod cor contritum et humiliatum non despicit, quod ut suum redimeret populum [13]) gustare voluit calicem [14]) passionis.

Hoc presens testamentum, quod nuncupatiuum dicitur, id est sine scripturarum sollempnitate, in hunc modum duximus statuendum. videlicet pro anima etc.

99. Quando[15]) episcopus constituit procuratorem in curia romana. [16])

In nomine domini amen.

Nouerint vniuersi, quod talis vlixbonensis[17]) episcopus nomine ecclesie nostre constituimus fecimus seu ordinauimus . . latores presencium procuratores nostros, et quemlibet eorum in solidum, ita quod non sit melior condicio,

1) A hat hier *anni*, worauf bis *die* einschliesslich alles ausgefallen ist.

2) B: *dei genitricis*.

3) B: *virginis Marie*. D: *virginis gloriose Marie*.

4) D: *veneris*.

5) In D fehlt *beati Vincencii*. B dagegen setzt noch bei: *uel predicti sancti*.

6) B: *animabus parentum meorum id est pro anima*.

7) In D fehlt *sollempniter*.

8) A: *concedendo*.

9) B: *miseracione etc. vlixbonensis*.

10) D: *tam loquele quam*.

11) B: *egri corpore sani mente uel egri corporis sani mentes* oder vielleicht *mentis*.

12) D: *nostre duximus prouidendum*.

13) D: *populum vnigenitum saluatorem*.

14) B: *poculum uel calicem*.

15) C: *quod*.

16) In D fehlt dieses und das folgende muster.

17) B: *vlixbonensis ecclesie*.

occupantis, set quod vnus inceperit [1]) alter valeat consummare, in romana curia in omnibus causis appellacionum et in principalibus contra nos motis et mouendis a quibuscumque, in iudicio et[2]) extra, vbicumque nos inuenerint citatos ab homine uel a iure, coram quocumque iudice seu auditore sedis apostolice delegato, ad agendum defendendum[3]) excipiendum, ad petendum[4]) absolucionis beneficium, ad cautelam, et ad conponendum, et ad conpromittendum in arbitros seu amicabiles conpositores seu arbitratores, et iudices eligendum et recusandum, et ad impetrandum et contradicendum litteras legendas seu[5]) simplices iusticiam uel graciam continentes, et ad appellandum et appellaciones prosequendas,[6]) et apostolos petendos et recipiendos, et ad prestandum in anima nostra de calumpnia seu de veritate dicenda[7]) uel cuiuslibet alterius generis sacramentum, dantes eisdem licenciam[8]) ut vterque eorum potestatem habeat substituendi alium seu alios procuratores loco sui et ipsos reuocandi, quandocumque et quociescumque animis nostris viderint — *seu* viderit — expedire,[9]) et in se procuracionis officium resumendi.

Et promittimus, nos sub ypotheca bonorum ecclesie ratum habituros et firmum quicquid per dictos procuratores seu alterum constitutum seu substitutum [10]) ab eis uel ab altero eorum factum fuerit in premissis et singulis premissorum.

In cuius rei etc. datum etc.

100. Quando[11]) epyscopus constituit procuratorem ad mutuum contrahendum.

Vniuersis presentes litteras inspecturis R miseracione etc.

Nouerit vniuersitas vestra, quod nos dilecto [12]) magistro . . canonico ecclesie talis sancti in Confluencia,[13]) quem ad sedem apostolicam nostrum procuratorem et nuncium destinamus pro nostris nostreque ecclesie negociis ibidem procurandis, speciale mandatum damus et liberam concedi-

1) B: *inciperet.*
2) B: *mouendis quibuslibet et extra.*
3) B: *descendendum.*
4) B schreibt zusammen: *apetendum.*
5) In A B C fehlt *seu.*
6) B: *persequendum.*
7) B: *danda.*
8) In A und C fehlt *licenciam.*
9) B: *quocienscunque eis uisum fuerit expedire uel nostris animis.*
10) In B fehlt *seu substitutum.*
11) C: *qualiter.*
12) B und C fügen *nostro* bei.
13) Von *canonico* einschliesslich bis hieher fehlt in B.

mus potestatem, nostro et ecclesie nostre nomine mutuum contrahendi cum [1]) quocumque siue quibuscumque [2]) creditoribus usque ad summam c librarum turonensium, et obligandi nos et successores nostros ac ecclesiam et omnia bona nostra et ecclesie nostre, mobilia et inmobilia, presencia et futura, ecclesiastica et mundana, illi uel illi[3]) a quo siue quibus idem noster procurator usque ad dictam summam duxerit mutuum [4]) contrahendum, et iurandi in animam nostram quod illa pecunia siue pars ipsius quam ipse nostro et ecclesie nostre nomine duxerit mutuo contrahendum non sit in nostram set ecclesie nostre vtilitatem conuersa, et renunciandi priuilegio fori, [5]) beneficio restitucionis in integrum, et excepcioni etiam quod predicta pecunia[6]) non sit conuersa in nostram set ecclesie nostre vtilitatem pretextu alicuius constitucionis canonice uel ciuilis, et constitucioni de duabus dietis edite in concilio generali, cunctisque constitucionibus probacionibus et excepcionibus [7]) quibus contra creditores ipsos nos tueri possemus et per quas posset eis super eodem mutuo [8]) preiudicium aliquod generari, dantes eidem procuratori speciale mandatum substituendi nos iurisdictionibus cuiuscumque capellani domini pape si voluerit, in quem tanquam in iudicem nostrum consentimus, sponte scientes nostrum iudicem, et quod[9]) ipse possit et debeat de predicta summa pecunie siue eius parte nos condempnare ac in nos exconmunicacionis sentenciam ferre quocienscumque voluerit, si pecuniam de qua fuerimus condempnati non soluerimus in termino ab ipso auditore nostro statuendo, promittentes nos ratum gratum et firmum habere et contra de iure uel facto aliquatenus non venire quicquid super predictis seu eorum aliquo seu aliquibus idem noster procurator faciendum duxerit aut etiam procurandum, et velut [10]) in contractu seu litteris eiusdem nostris procuratoriis [11]) hinc inde faciendis plene contigerit [12]) contineri. [13]) et si contigerit [14]) super premissis [15]) omnibus et singulis premissorum [16]) litteras apostolicas inpetrare, conuencioni iudicum per nos uel procuratores nostros in romana curia conmorantes renunciamus expresse.

1) A B C: *et.*
2) B: *quicumque.*
3) In B fehlt *uel illi.*
4) B: *mutuo.*
5) B: *priuationem forme.*
6) In B fehlt *pecunia.*
7) B: *exemptionibus.*
8) In B fehlt *mutuo.*
9) A B D: *esse quod.* C hat blos *et.*
10) A B C: *velit.*
11) B und C: *nostri procuratoris.*
12) C: *contigit.*
13) B: *consentimus.*
14) B: *contingeret.*
15) B: *super predictis uel premissis.*
16) In B fehlt *premissorum.*

In cuius rei testimonium et euidenciam pleniorem [1]) presentes litteras nostri sigilli munimine duximus roborandas.

Datum etc. anno domini etc.

101. Confirmacio beneficii ad instanciam sui vicarii.

Vniuersis presentes litteras inspecturis N miseracione etc.

Significamus vniuersitati vestre, quod talis nostre dyocesis presbyter [2]) quasdam litteras apertas, munitas sigillo . . nostri vikarii, [3]) nobis exhibuit et ostendit, quarum tenor talis est: [4]) *nouerit* etc.

Et nos supradictus episcopus quod factum est in premissis per dictum dominum [5]) P viccarium approbantes, [6]) de prebenda . . ecclesie auctoritate domini pape nobis in hac parte conmissa dictum presbyterum [7]) per nostrum pilleum [8]) inuestimus, et eundem instituimus in eadem, et omnes et singulos qui ei super ea inpedimentum quocumque modo prestiterint publice uel occulte exconmunicacionis sentencia innodamus.

Parrochianis eiusdem ecclesie et aliis vndecumque sint et [9]) cuiuscumque [10]) condicionis extiterint, qui tenentur obedire [11]) in aliquo eidem ecclesie, in virtute obediencie precipiendo mandamus, quatenus dicto . . tamquam rectori ipsius ecclesie reuerenter obediant, et salubria eius mandata obseruent, de iuribus ecclesie predicte debitis eidem debeant tamquam rectori suo plenarie respondere, et ratas et firmas habentes sentencias quas idem ex [12]) premissis aut aliis iuste [13]) et rite tulerit in rebelles.

In cuius rei testimonium etc. datum etc.

102. Confirmacio [14]) beneficii auctoritate apostolica. [15])

N miseracione etc. discreto viro . . etc.

1) B fügt noch *uel clariorem* bei.
2) In A und C fehlt *presbyter*.
3) In B fehlt *apertas* u. s. w. bis *vikarii* einschliesslich.
4) B: *erat*.
5) Von hier an bis *per* einschliesslich ist in B ausgefallen.
6) Anstatt dieses satzes hat D blos: *nos prouidencia per dictum nostrum vicarium*.
7) D: *clericum*.
8) D: *birretum*.
9) In A B C fehlt *sint et*.
10) In A und C fehlt auch *cuiuscunque*.
11) In A und C fehlt *obedire*.
12) D: *de*.
13) D: *iusto modo*.
14) B: *quando aliquis inuestitur auctoritate papali, uel confirmacio*.
15) In D fehlt dieses muster.

Litteras sanctissimi patris domini N sacrosancte romane ecclesie summi pontificis,[1] non viciatas non cancellatas non[2] abolitas non corruptas nec in aliqua parte sui lesas, recepimus in hac forma: *N*[3] *episcopus seruus seruorum* etc.

Volentes itaque, ut tenemur, mandatis apostolicis obedire,[4] cum aliquod canonicum non obsistat quod prouisionem tibi faciendam pro prestimoniis supradictis inpediat, tibi[5] auctoritate domini pape qua fungimur in hac parte prestimonia . . ecclesie vacancia per mortem canonici . . conferimus,[6] teque per nostrum birretum[7] inuestimus presencialiter de eisdem, reseruata nobis nichilominus potestate prouidendi tibi pinguius[8] de prestimoniis, si secundum tenorem predictarum litterarum de hijs que tibi contulimus non fuerit plene prouisum, in contradictores et rebelles si qui fuerint exconmunicacionis sentenciam promulgando.

Datum etc.

103. In eundem modum[9] uel quasi.[10]

N miseracione etc. dilectis viris etc.

Litteras domini pape recepimus in hunc modum: *M*[11] etc.

Volentes itaque, ut tenemur,[12] mandatis apostolicis obedire,[13] secundum tenorem predictarum litterarum eidem .. clerico prestimonia . . ecclesie . . dyocesis vacancia per mortem . . canonici contulimus, ipsumque per birretum[14] nostrum presencialiter inuestimus de eisdem.

Vobis nichilominus — cui[15] quantum in hoc[16] non tamen in totum conmittimus vices nostras — qua fungimur auctoritate[17] mandamus, quatenus eundem . . uel procuratorem suum eius nomine in corporalem possessionem predictorum prestimoniorum iuxta mandati apostolici tenorem inducatis,[18] et defendatis inductum, ita tamen quod ad

1) B: *litteras domini pape sanctissimi patris.*
2) Von hier an bis *recepimus* einschliesslich ist in A und C ausgefallen..
3) B hat hier *G.*
4) B und C: *in omnibus obedire.*
5) In A und C fehlt *tibi.*
6) B: *confirmamus.*
7) A: *birreum.*
8) A und C: *pignus.*
9) D: *in eodem modo.*
10) B fügt noch bei: *introducatur aliquis in corporalem possessionem.*
11) B: *Gregorius.* D hat *N.*
12) In D fehlt *ut tenemur.*
13) B und D: *in omnibus obedire.*
14) B fügt noch *uel birrum* bei.
15) In B fehlt *cui.*
16) D: *cui tantum in hac parte.*
17) A und C fügen noch *nostra* bei.
18) D fügt noch *et induci faciatis* bei.

exequenda predicta alter vestrum [1]) alterum non expectet, in [2]) contradictores et rebelles si qui fuerint auctoritate nostra quin pocius apostolica exconmunicacionis sentenciam promulgando.

In cuius rei etc.

Noueritis, quod nos dilectos nobis in[15]) Christo magistros P de Bononia presentem et C de tali loco [16]) absentem tamquam presentem et quemlibet eorum in sollidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, fecimus [17])

1) B) *faceret uel.*
2) Anstatt *ita quod* hat A: *qui.*
3) Von *habeant* bis hieher ist in A ausgefallen.
4) A: *peruenire.*
5) A: *promittentes.*
6) A: *alteri.*
7) B: *eorum quemlibet.*
8) B: *eorum in solidum.*
9) B: *ab omni honere.*
10) B: *cum.*
11) In B ist hiezu von der feinen hand in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *se et sua pro predictis fideiussorio nomine obligando sub omni renunciacione iuris pariter et cautela.*
12) B: *et ex.*
13) B: *et ego.*
14) B: *permissione etc. salutem in domino.*
15) B: *nos liberatos in.*
16) B: *P presentem et R.*
17) B: *facimus.*

constituimus et ordinauimus [1]) nostros procuratores actores defensores et nuncios speciales in omnibus nostris causis litibus et controuersiis, quas habemus uel habituri sumus cum quacunque uel quibuscunque personis vniuersitatibus siue[2]) collegiis, coram quocunque iudice siue auditore, dato uel dando, tam in agendo quam in defendendo, et tam in ciuilibus quam in criminalibus, dantes eis et cuilibet eorum in sollidum plenam et liberam potestatem agendi, defendendi, litem contestandi, iuramentum calumpnie et cuiuslibet alterius generis[3]) in animam nostram[4]) prestandi etc. *ut supra in proximo instrumento per* [5]) *omnia usque ad locum vbi dicit* et generaliter. *tunc dicatur:* et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi in iudicio et extra que nos facere possemus si presentes essemus, ratum et firmum perpetuo habituri quidquid per dictos nostros procuratores uel aliquem ipsorum substitutum [6]) uel substitutos ab eis uel altero ipsorum factum fuerit in premissis et quolibet premissorum.

Et volentes dictos procuratores nostros et quemlibet eorum [7]) substitutum uel substitutos ab eis uel altero ipsorum [8]) releuare ab onere satisdandi, promittimus iudicio sisti et iudicatum solui in [9]) omnibus suis clausulis sub obligacione omnium bonorum nostrorum.

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus iussimus [10]) apponendum.

Datum Londonii, iiii kalendas octobres, anno domini a natiuitate m°. cc°. lxxxiiii. [11])

e. Procuratorium ad negocia.

Iohannes de Sewes rector ecclesie de Sermeden cantuariensis [12]) dyocesis, intendens ad romanam curiam proficisci, fecit constituit et ordinauit magistrum Io de tali loco [13]) presentem et mandatum suscipientem generalem suum procuratorem, actorem, negociorum gestorem, et [14]) nuncium specialem, ad omnia sua et ecclesie sue predicte

1) B: *ordinamus.*
2) Von hier an bis *criminalibus* einchliesslich ist in B ausgefallen.
3) B: *generis iuramentum.*
4) B: *suam.*
5) B: *et per.*
6) Von hier an bis *ipsorum* einschliesslich ist in B ausgefallen.
7) B: *eorum in solidum.*
8) B: *uel a quolibet eorum.*
9) B: *cum.*
10) B: *duximus.*
11) B: *datum etc.*
12) B: *Iohannes rector ecclesie talis.*
13) B: *magistrum I.*
14) B: *procuratorem negociatorem gestorem.*

negocia gerenda et exercenda, ad inpetrandum [1]) et recipiendum pro eo et eius nomine quidquid sibi tam racione persone quam ecclesie sue predicte quacumque racione debetur uel debebitur [2]) in futurum, et ad respondendum pro eo et ecclesia sua predicta quibuslibet personis ecclesiasticis et secularibus que contra ipsum uel eius ecclesiam supradictam aliquid peterent uel opponerent quauis forma, coram quocumque iudice ecclesiastico uel seculari, tam in ciuilibus quam in criminalibus, et ad colligendum et reponendum et distrahendum [3]) omnes fructus et prouentus suos et ecclesie sue predicte, presentes et futuros, et satisfaciendum de ipsis omnibus et singulis quibus appareret ipsum Iohannem [4]) esse in aliquo obligatum, et ad faciendum finem et remissionem et pactum de vlterius non petendo omnibus seu ab omnibus quibus seu a quibus [5]) aliquid soluerit uel receperit, prout de iure uel consuetudine fuerit faciendum, et ad obligandum personam ipsius et bona de obseruandis et adimplendis omnibus et singulis que per ipsum procuratorem suum suo nomine promissa fuerint siue gesta, et ad prestandum in animam suam cuiuslibet generis iuramentum et si opus fuerit aliis deferendum, et ad alium seu alios procuratores loco sui constituendum uel substituendum seu constituendos uel substituendos et reuocandos semel et [6]) pluries prout expedire crediderit, [7]) ipso procuratore ut prius nichilominus remanente, et generaliter ad omnia et singula facienda et exercenda tam in iudicio quam extra que ipsemet facere posset si personaliter interesset, [8]) dans et concedens eidem liberam et generalem administracionem in omnibus et singulis supradictis et que ad ipsa qualitercumque spectare [9]) noscuntur, ita quod ipsius domini absencia nil impediat atque ledat, set omnis in dictum procuratorem sit [10]) data potestas quam ipse mandans habet, [11]) necnon promittens se firmum et ratum perpetuis temporibus habiturum quidquid per dictum eius procuratorem substitutum uel substitutos ab eo [12]) factum fuerit in premissis et quolibet predictorum.

1) B: *et ad petendum.*

2) In B ist *uel debebitur* ausgefallen.

3) B: *colligendum responendum et distribuendum.*

4) B: *appareat ipsum I.*

5) B: *omnibus seu omnibus quibus uel aliquibus.*

6) In A und B fehlt *constituendum uel.* B hat überhaupt nur *substituendum et reuocandi semel uel*

7) A: *crediderint.*

8) B: *personaliter presens esset.*

9) B: *et ad ipsam qualitercunque impetrare.*

10) A: *si.*

11) A: *habere.*

12) B: *eo seu ab eis.*

Et volens dictum procuratorem releuari ab[1]) onere satisdandi, promisit mihi sollempniter notario infrascripto stipulanti nomine et vice omnium quorum interest uel interesse poterit, iudicio sisti etc. *ut supra in releuacione*[2]) *procuratoris secundum formam modi ciuitatis*[3]) *bononiensis*[4]) *continetur.*

f. Alia forma ad negocia et ad causas.[5])

Vniuersis presentes litteras inspecturis frater I permissione diuina cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas[6]) salutem et sinceram in domino karitatem.

Nouerit vniuersitas vestra, quod nos dilectos nobis[7]) magistros P et I licet absentes tamquam presentes et quemlibet eorum in sollidum, ita quod non sit melior condicio occupantis, facimus constituimus et ordinamus generales nostros procuratores, actores, defensores, negociorum gestores, et nuncios speciales, ad omnia nostra et ecclesie nostre negocia in romana curia promouenda coram sanctissimo patre domino Martino[8]) papa iiii et eius iudicibus seu auditoribus quibuscumque, dantes et concedentes[9]) eisdem et cuilibet eorum in sollidum generalem et liberam administracionem, et potestatem plenissimam[10]) agendi, defendendi, procedendi, probandi, confitendi, negandi, iuramentum calumpnie et de veritate dicenda et cuiuslibet alterius generis in animam nostram[11]) prestandi, sentenciam audiendi, appellandi, litteras tam simplices quam legendas impetrandi et contradicendi, de locis et in[12]) iudicibus conueniendi, beneficium et restitucionis in integrum et absolucionis si opus fuerit implorandi, crimina et defectus opponendi, alium uel alios loco sui substituendi et reuocandi semel et pluries, mutuum cum[13]) quocumque mercatore voluerit[14]) seu maluerit usque ad summam cc marcarum sterlingorum[15]) contrahendi et recipiendi, promittendi et obligandi nos et nostra[16]) pro dicta summa peccunie restituenda, quocumque termino duxerint—uel[17]) duxerit—ordinandum, et submittendi

1) B: *dictum procuratorem substitutum uel substitutos releuare ab omni.*
2) B: *relacione.*
3) B: *secundum modum curie.*
4) In III 3. b. auf s. 612.
5) In B fehlt *et ad causas.*
6) B: *I permissione etc.*
7) B: *nobis in Christo.*
8) B hat blos: *M.*
9) B: *dans et concedens.*
10) B setzt noch bei: *et speciale mandatum.*
11) B: *suam.*
12) In B fehlt *in.*
13) B: *a.*
14) A: *maluerit.*
15) A hat nur *sterling* mit dem abkürzungsstriche über dem *g.*
16) B: *promittendi obliguandi me et mea.*
17) In B fehlt *duxerint uel.*

nos iurisdicioni camere domini pape et ipsius camere auditoris, et ipsas cc marcas expendendi pro nostris et ecclesie nostre [1]) negociis ibidem expediendis qualitercumque eis uel alicui eorum honestius et utilius erit visum,[2]) et generaliter omnia et singula faciendi et exercendi tam in iudicio quam extra que ipsemet facere et exercere posset, etiam si [3]) mandatum exigerent speciale, nec non promittentes nos [4]) firmum et ratum perpetuis temporibus habituros [5]) quidquid per dictos nostros [6]) procuratores uel aliquem eorum substitutum uel substitutos ab eis uel ipsorum altero promissum factum uel qualitercumque procuratum fuerit in premissis et quolibet premissorum, sub obligacione nostrorum [7]) omnium bonorum.

Insuper volentes [8]) dictos procuratores nostros et [9]) quemlibet eorum [10]) substitutum uel substitutos ab eis uel ab ipsorum aliquo releuare ab onere [11]) satisdandi, promittimus [12]) iudicio sisti et iudicatum solui in omnibus suis clausulis sub ypotheca rerum nostrarum. [13])

In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus iussimus [14]) apponendum. [15])

Datum in tali loco, vi idus octobres, anno domini a natiuitate m°. cc°. lxxxi, [16]) indictione nona.

g. Substitucio procuratoris.

Magister P de Bononia, procurator reuerendi patris et domini N dei gracia cantuariensis archyepiscopi tocius Anglie primatis, [17]) habens potestatem ab eo substituendi alium loco sui, [18]) substituit magistrum I [19]) de Viterbio presentem et suscipientem loco sui procuratorem [20]) ad

1) B: *pro meis et ecclesie mee.*
2) B: *utilius iussum fuerit.*
3) B: *posset si.*
4) B: *me.*
5) B: *habiturum.*
6) B: *meos.*
7) B: *meorum.*
8) B: *uolens.*
9) B: *meos et eciam.*
10) B: *eorum in solidum.*
11) B: *ab omni honere.*
12) B: *promitto in.*
13) B: *mearum.*
14) B: *sigillum meum presentibus iussi.*
15) A: *conponendum.*
16) B: *domini m. cc. lxxx. sexto.*
17) B: *patris domini I dei gracia etc.*
18) In B ist hiezu von der feineren hand in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *iuxta formam traditam et concessam.*
19) B: *substituit loco sui magistrum B.*
20) B: *procuratorium.*

omnia et singula que habet a dicto domino archiepiscopo in mandatis.[1])

Actum in tali loco, presentibus talibus.

4.

Procurator etiam constituitur aliquando aput acta, id est in iudicio coram iudice et presente altera parte.

Et scribitur tunc per eundem notarium qui[2]) scribit in causa inter aliquot[3]) acta cause.

Nec indiget talis procuracio tanta sollempnitate ut alie indigent. sufficit enim quod notarius, postquam scripserit terminum uel aliud actum habitum, tunc in dicta causa ita dicat: *qui Petrus*[4]) *actor talem in dicta causa suum procuratorem constituit aput acta*,[5]) *dans eidem potestatem agendi, defendendi, in animam suam iurandi, et alia omnia faciendi que in ipsa causa fuerint oportuna.*

Nec est necesse quod apponantur ibi testes, sicut nec in aliis actis cause.[6])

Si vero reus procuratorem constituat siue aput acta siue extra acta,[7]) semper eum releuare debet ab onere[8]) satisdandi.[9]) alioquin procurator antequam admittatur cogitur satisdare, precipue si de re agitur temporali. et si spiritualis est res de qua agitur, saltem pro parte fructuum et expensarum in causa veniencium cogitur satisdare.

Qualiter satisdare debeat procurator qui[10]) releuatus non est, et qui[10]) nomine alterius agit,[11]) infra in titulo de satisdacionibus[12]) plene scribam.

1) B: *singula quelibet que a dicto domino archiepiscopo in mandatis receperit.*

Hiezu ist wieder von der feineren hand in den besagten leeren raum bemerkt: *P iuxta formam sibi datam et concessam, cuius tenor sequitur in hec verba: vniuersis etc.*

2) A: *quod.*

3) B: *alia.*

4) B: *habiturum in causa tunc dicat ita quod P.*

5) In B findet sich hier ein verweisungszeichen zu folgendem von der feineren hand an den unteren rand der zweiten spalte geschriebenen muster:

Vel sic.

P procurator talis in iudicio constitutus, post litem contestatam ab eodem P nomine procuratorio Iohannis, cuius est procurator, prout eius procuratorium in actis continetur, et domino iudici per tenorem eiusdem procuratorii facta exstitit fides, fecit et constituit in dicta causa suum procuratorem in eadem suo periculo apud acta ante diei assignacionem, dans et concedens eidem eandem potestatem quam ipse P habet et sibi conpetit in dicta causa, et agendi etc.

6) Dieser satz fehlt in B.

7) In B fehlt *acta.*

8) B: *ab omni honere.*

9) A: *satisfaciendi.*

10) A: *quod.*

11) B: *agitur.*

12) In IV de iudiciis 5 B.

5.

Interdum procurator dominus litis factus constituit procuratorem, etiam si in suo procuratorio substituendi non habeat potestatem.

Et tunc ita dicat notarius: *talis procurator*, *cum in causa que inter ipsum ex vna parte et talem* [1]) *ex altera coram tali iudice vertitur per litis contestacionem sit dominus litis factus, fecit constituit et ordinauit talem suum procuratorem in ipsa causa, dans* [2]) *eidem plenam et liberam potestatem agendi, defendendi*, etc. ut in formis superioribus inuenitur. [3])

Non enim omnia que in premissis formis procuracionum posita sunt semper in quolibet procuratorio requiruntur. set debet esse discretus notarius, ut accipiat et dimittat, addat [4]) et minuat, secundum quod occurrenti sibi negocio viderit expedire.

IV.

De iudiciis.

Tractatu procuracionum [5]) premisso, [6]) de hiis que in iudicio et aliquando extra iudicium per archyepiscopos episcopos ac eorum viccarios seu officiales necnon [7]) per iudices delegatos fiunt, videlicet qualiter scribi et ordinari tam in registro [8]) quam alibi per notarium debeant, per ordinem vobis scribam.

1.

Et cum a citacione iudicium [9]) sumat exordium, a citacionibus videtur merito inchoandum.

a. De citacionibus.

Citacionum forme sunt velud negocia infinita. nam quelibet citacio, presertim in principio cause facta, debet narracionem [10]) facti racionabiliter continere. et cum sit negociorum diuersitas infinita, narraciones [11]) infinitas adducit. propter quod in narracionibus [12]) non posset aliquis

1) A: *talis.*
2) B: *dans et concedens.*
3) B: *superius inuenietur.*
4) In B fehlt *addat.*
5) B: *de procuratoriis.*
6) A: *premittitur.* B: *premissis.*
7) B: *in iudicio et extra per archiepiscopos ac eorum uicarios et episcopos seu officiales siue.*
8) B: *negocio.*
9) A: *iudicum.* B: *et a concitacione iudicum.*
10) A: *racionem.*
11) B: *negocium diuersitas raciones.*
12) B: *propter que etiam narraciones.*

tradere certas formas. verum cum imitacio[1]) magna[2]) pars dictaminis habeatur,[3]) qui[4]) plures narraciones racionabiliter factas[5]) viderit ad bene narrandum cicius poterit informari. et cum posita narracione citaciones[6]) ad certas formas postmodum redigantur, ideo ipse forme necessarie esse videntur.[7]) debet[8]) enim quelibet curia certum stilum et formas[9]) tenere, cum per defectum stili et forme falsificacio littere sepius[10]) cognoscatur.

b.

Scribam igitur vobis citacionum formas quam plurimas, narraciones diuersas inserens in eisdem,[11]) ut et mutacione narracionum ex ipsis proficere[12]) possit notarius, et in citacione qualibet formam debitam obseruare.

α. Forma citacionis super causa spoliacionis.

Frater I permissione diuina cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas[13]) dilecto in Christo filio decano suttillagensi[14]) salutem graciam et benedictionem.

Dilecti filii Petri Alfonsi rectoris ecclesie de I cantuariensis dyocesis querelam audiuimus, continentem quod — cum ipse dictam ecclesiam de . . fuisset[15]) canonice assecutus, eamque pacifice et quiete per annum et amplius possedisset — R[16]) Iohannis de tali loco cum quibusdam suis[17]) conplicibus ad ecclesiam ipsam armata manu accedens, eundem dicta ecclesia[18]) bonisque suis omnibus contra iusticiam spoliauit, in eadem nequiter se intrudens, et intrusus eadem detinet occupata.[19]) de quo sibi per nos iusticiam fieri postulauit.

Nos autem, cum vnicuique teneamur iuxta datam nobis a domino[20]) graciam iusticiam exhibere, discrecioni vestre presencium tenore conmittimus, districte precipiendo mandantes, quatenus prefatum R[21]) ex parte nostra per vos

1) Vielleicht *narracio?*
2) B: *uerum citacio maior.*
3) B: *habetur.*
4) A und B: *quod.*
5) In B fehlt *factas.*
6) A: *citacione.* B: *citacionis.*
7) B: *necesse est uidere.*
8) A: *deberet.*
9) B: *et certam formam.*
10) B: *superius.*
11) B: *inserente eidem.*
12) B: *ut imitacione narracioni et ipsas perficere.*
13) B: *primax.*
14) B: *decano de tali loco.*
15) B: *de tali loco fuisset.*
16) B: *possedit retbs* mit dem abkürzungshäckchen durch *b.*
17) B: *aliis.*
18) B: *eidem dictam ecclesiam.*
19) B: *ea detinens occupatam.*
20) B: *teneamur datam a deo.*
21) B: *rotbm* mit dem abkürzungshäckchen durch *b.*

uel per alium ydoneum [1]) peremptorie citare curetis, ut prima die iuridica post festum omnium sanctorum proximo venturum per se uel per procuratorem ydoneum coram nobis et [2]) conmissariis nostris, vbicunque in dyocesi uel in prouincia nostra[3]) fuerimus, debeat conparere, predicto P super spoliacione [4]) huiusmodi de iusticia responsurus.

Alioquin procedemus contra eum ut iustum fuerit, ipsius absencia non obstante.

Diem vero citacionis et formam et quidquid inde feceritis nobis per vestras patentes litteras harum seriem continentes per latorem presencium fideliter [5]) intimetis.

Datum apud Londonium [6]) x kalendas octobres, consecracionis nostre anno iii.

Licet ad certos diem et locum et sub certo iudice debeat quis citari, hec [7]) ***tamen tenet*** [8]) ***consuetudo in Anglia, quod*** [9]) ***cantuariensis archyepiscopus ita citet.*** [10])

β. Alia forma citacionis.

Frater I etc.

Porrecta nobis [11]) dilecti filii P Alfonsi [12]) clerici peticio continebat, quod — cum ecclesia de . . de iure vacaret, pro eo quod R de tali loco qui de facto ecclesiam ipsam tenet institutus [13]) in eadem fuit ecclesia post concilium [14]) lugdonense, nec [15]) infra annum a die sue institucionis secundum formam constitucionis [16]) in eodem concilio edite fuit in presbyterum ordinatus, propter quod cadit ab omni iure quod in eadem ecclesia per institucionem huiusmodi obtineret, idemque [17]) P sit a vero patrono ipsius ecclesie presentatus — alicui discreto scribere curaremus, ut [18]) ecclesiam ipsam vacare decernens ipsum P in corporalem possessionem ipsius ecclesie auctoritate nostra induceret, amoto quolibet illicito possessore.

Nos autem factum huiusmodi ignorantes, contra ipsum R nolumus sic ex abrupto procedere, quo usque faceremus eundem ad nostram presenciam euocari.

1) In A ist ***per alium ydoneum*** ausgefallen.
2) B: ***ydoneum uel.***
3) B: ***per dyocesim nostram.***
4) B: ***expoliacione.***
5) B: ***nobis.***
6) B: ***datum in tali loco.***
7) A: ***hoc.***
8) B: ***hec tamen tenetur.***
9) B: ***quia.***
10) B: ***citat.***
11) B: ***pro recta uobis.***
12) B: ***petri assensi.***
13) B: ***constitutus.***
14) B: ***per consilium.***
15) B: ***ut.***
16) In B fehlt ***secundum formam constitucionis.***
17) B: ***optinet idem.***
18) A: ***et.***

Quocirca discrecioni vestre presencium tenore conmittimus, et[1]) sub pena exconmunicacionis districte precipiendo mandamus, quatenus prefatum[2]) R per vos uel per alium[3]) ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut octaua die post festum omnium sanctorum, si iuridica fuerit, alioquin proxima die iuridica tunc[4]) sequenti,[5]) per se uel per procuratorem ydoneum coram nobis, vbicumque in dyocesi uel prouincia nostra fuerimus, conparere procuret, eidem[6]) P super iure quod sibi vendicat ex presentacione ad eandem ecclesiam de facto[7]) et[8]) aliis omnibus que proponere contra ipsum voluerit de iusticia responsurus.

Alioquin contra eum etc. *ut supra in alia citacione.* [9])

γ. Citacio de aliquo diffamato.

Libenter taceremus[10]) quod dicimus, si[11]) possemus. libenter aboleremus quod scribitur, deo[12]) teste. set[13]) debitum officii[14]) non patitur, quoniam mordica[15]) lenitiuis[16]) interdum misceamus, ut quos[17]) lac dulcedinis non emollit virga debite[18]) correctionis inclinet.[19])

Sane cum R Iohannis rectorem ecclesie de . . tam super[20]) incontinencie vicio quam enormibus excessibus aliis inuenerimus[21]) adeo publice diffamatum quod de[22]) ipsius sordibus quasi predicat omnis loquens, amplius dissimulare non possumus quin[23]) veritatem de tantorum clamore facinorum per viam iusticie inquiramus.

Quapropter discrecioni vestre[24]) etc. *ut supra usque ad locum*[25]) eidem P. *tunc dicatur:* super premissis et aliis omnibus ex officio nostro sibi obiciendis[26]) suam si potuerit innocenciam[27]) purgaturus.

Alioquin etc. *ut supra in citacione prima per totum.*

1) In A und B fehlt *et.*
2) B: *dictum.*
3) B: *alium ydoneum.*
4) A: *sunt.*
5) Dieses zwischensätzchen fehlt in B.
6) B: *idem.*
7) A: *de se factam.*
8) B: *in.*
9) B setzt noch bei: *per totum.*
10) B: *tractaremus.*
11) B: *et si.*
12) B: *de eo.*
13) B: *secundum.*
14) B: *officii nostri.*
15) A: *mordicam.*
16) B: *patitur mortua leuitatis.*
17) B: *quod.*
18) B: *debita.*
19) A: *non inclinet.*
20) B: *rector ecclesie super.*
21) B: *inuenire.*
22) In A fehlt *de.*
23) In B fehlt *quin.*
24) B: *discrecionem uestram.*
25) B: *locum ubi dicitur.*
26) B: *obiciendum.*
27) B: *ignoranciam.*

δ. Super eodem.[1])

Perlatam nobis inmo quasi publicatam infamiam R canonici de . . super[2]) incontinencie vicio et aliis excessibus pluribus dissimulauimus,[3]) iam est diu, sperantes ut per bona que[4]) faceret in posterum opera mala si qua gesserat delerentur. set quod in eo sperabamus ad meritum, ad penam proh[5]) dolor inuenimus, videlicet ut sua cessaret lasciuia, que pocius augmentatur.

Quapropter etc. *ut supra per omnia.*

ε. Citacio de decima retenta.[6])

Constitutus in presencia nostra dilectus filius P ecclesie rector de . . nobis sua assercione[7]) monstrauit, quod ipse et predecessores sui rectores dicte ecclesie a tempore cuius non[8]) exstat memoria in pacifica[9]) possessione fuerunt[10]) percipiendi decimas a priore et conuentu sancti . . de tali loco de[11]) omnibus terris et possessionibus quas ipse prioratus habet in parrochia[12]) ecclesie sue predicte, et quod nunc[13]) prior et conuentus predicti — eorum salutis inmemores — dictam decimam indebite sibi soluere contradicunt. de quibus[14]) sibi per nos iusticiam fieri postulauit.

Quapropter etc. *ut supra usque ad locum vbi dicit* eidem Petro. *tunc dicatur:* eidem[15]) P super retencione dicte decime et aliis omnibus que contra eos[16]) proponere voluerit de iusticia responsuri.[17])

Alioquin etc. *ut supra.*

ϛ. Citacio super causa peccuniaria.

Frater I etc. dilecto in Christo filio etc.

Exposuit nobis dilectus filius P in nostra presencia constitutus, quod ipse R de tali loco quandam[18]) summam peccunie amicabiliter mutuauit, quam sibi indebite restituere contradicit.

1) B: *alia citacio super eodem.*
2) B: *infamiam robbi* (mit dem abkürzungshäckchen durch *bb*) *canonici ecclesie de tali loco super.*
3) B: *dissimulamus.*
4) B: *ut ea que.*
5) B: *protrahi.*
6) B: *alia forma citacionis.*
7) B: *affectione.*
8) Von *ipse* an bis hieher ist in B ausgefallen, aber von der feineren hand dafür in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *in tantum quod non.*
9) B: *passifica.*
10) B: *fuerit.*
11) B: *sancti Petri de . . de.*
12) B: *per parrochiam.*
13) A: *non.*
14) B: *quo.*
15) Von *Petro* an bis hieher ist in A ausgefallen.
16) B: *omnes.*
17) In B fehlt *responsuri.*
18) B: *quod. H. de. quandam.*

Propter quod discrecioni tue presencium auctoritate [1]) conmittimus et mandamus, quatenus etc. *ut supra.*

ζ. Citacio executorum super causa testamentaria.

Dilectus filius P de tali loco in nostra presencia constitutus proposuit, quod — cum R de tali loco eidem P decem marcas sterlingorum [2]) in suo testamento reliquerit — I et M executores ipsius testamenti [3]) dictas decem marcas [4]) sibi dare indebite contradicunt, licet ad eas soluendas bona sufficiant testatoris.

Quocirca discrecioni vestre etc. [5])

η. Citacio in [6]) causa matrimoniali.

Conquesta est nobis dilecta filia S de tali loco, quod — licet R de tali loco cum ea per verba de presenti matrimonium legittime contraxisset, ac matrimonium inter eos fuisset postmodum per subsecucionem [7]) carnalis copule

1) B: *tenore.*

2) A: *sterilegn* mit dem abkürzungsstriche über dem *n.*

3) Hiezu ist von der feineren hand in B in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *ad soluendum legata per ipsum facta fecerit, et predicti executores.*

4) B: *marchas sterlinguorum.*

5) Ein verweisungszeichen führt hier in B auf nachstehendes von der feineren hand an den unteren rand der ersten spalte geschriebenes muster:

Alias sic.

Salutem in domino.

Citetis peremptorie ad diem martis post festum beati Ylarii, vel die proxima subsequenti non feriata, si dicta dies martis fuerit feriata, coram nobis apud Kongis hora prime Petronillam Fauresti tam nomine proprio quam tutorio seu procuratorio nomine Ioannis et P et G et Aycelme, filiorum suorum, et Helye Faure quondam mariti sui pupillorum vel minorum, vt dicitur, si tutrix vel curatrix sit eorundem seu esse velit, et ipsos liberos cum auctoritate eiusdem, si tutrix vel curatrix sit vel esse velit eorundem, querelis G de P responsura.

Et si tutrix seu curatrix non sit dictorum liberorum, significetis dictis liberis, et eos moneatis quod dicta die secum adducant tutorem seu curatorem auum vel agnatum vel testamentarium alium, si quem habent.

Et si non habent, citetis M et K de tali loco, eorum consanguineos, vt eorum tutelam seu curam vel vtrumque suscipiant, et onus eiusdem seu earundem: qua suscepta, auctoritate ipsorum, vel vnius eorundem auctoritate stare possint in iudicio cum dicto G coram nobis.

Alioquin nos prouidebimus eisdem ipsa die de tutore vel de curatore vel de vtroque, prout fuerit racionis, secundum qualitatem personarum, iuris grauitate seruata, significantes omnibus premissis et singulis, quod — si non conparuerint dicta die — nos procedemus contra ipsos, vt fuerit racionis, eorum absencia non obstante.

Datum etc.

6) B: *super.*

7) B: *filia . M. de. U. quod. R.* (mit dem angefügten abkürzungs-

consumatum — ipse tamen R, sue salutis inmemor, a dicta eius uxore diuertens, cum quadam alia — quam publice tenet de facto, cum de iure [1]) non posset — dicitur contraxisse, ipsi E non solum debitum coniugale set etiam vite [2]) necessaria denegando.

Quapropter discrecioni vestre etc. *usque ad locum vbi dicit* eidem P. *tunc dicatur*: eidem E super premissis omnibus de iusticia responsurus.

Alioquin etc.

ϑ. Citacio super causa diuorcii.

Veniens ad presenciam nostram dilecta filia E sua nobis peticione monstrauit, quod — cum ipsa cum R eius viro matrimonium legittime contraxisset, ac per quinquennium et vltra in eadem domo et thoro tamquam vir et vxor insimul morarentur — idem tamen R propter inpotenciam sui perpetuam sibi debitum non reddidit [3]) coniugale.

Quare cum ipsa E [4]) prout asserit effectu [5]) cause qua nupsit careat sine culpa, videlicet ut filios procrearet [6]) ac mater esse desideret, discrecioni vestre presencium tenore conmittimus et mandamus, quatenus etc. *ut supra* [7]) *per totum.*

ι. Citacio super causa appellacionis.

Cum in causa que vertitur seu verti speratur inter P actorem ex parte vna et R reum super ecclesia de tali loco ex altera pro parte dicti P ab audiencia loci dyocesani ad sedem cantuariensem extiterit appellatum, idemque P [8]) causam appellacionis huiusmodi prout asserit intendit prosequi coram nobis, discrecioni vestre presencium tenore conmittimus et mandamus, quatenus prefatum R per vos uel alium ex parte nostra etc. *usque ad locum vbi dicit* eidem P. *tunc dicatur:* in dicta causa facturus et recepturus [9]) quod fuerit ordo iuris.

Alioquin in ipsa causa procedetur quantum de iure fuerit, ipsius absencia non obstante.

Diem vero citacionis et formam etc. *ut supra per totum.*

zeichen für *us*) *de. cum ea de presenti matrimonium legitime contraxerat ipsum matrimonium inter eos fuisset post modum subsequtum.*

1) B: *cui deseruire.*

2) B: *coniugali set etiam vita.*

3) B: *reddiderit.*

4) B: *mulier.*

5) B: *affectum.*

6) B: *uidelicet filios procreare.*

7) B: *supra proximo.*

8) B: *idem. p. quia.*

9) B: *responsurus.*

κ.

Cum appellatur, precipue a diffinitiua sentencia, consueuit interdum inhiberi per iudicem appellacionis etiam in prima citacione, quod pendente causa appellacionis nil debeat innouari. formam cuius inhibicionis [1]) in sequenti [2]) citacione describam.

Citacio super causa appellacionis cum inhibicione.

Cum a quadam diffinitiua sentencia, lata ut dicitur per venerabilem fratrem nostrum . . episcopum cystrensem [3]) in causa que inter P actorem ex vna parte et R reum super ecclesia de . . ex altera sub ipsius fratris [4]) nostri examine vertebatur pro parte ipsius P, ad nos extiterit appellatum, idemque P causam appellacionis huiusmodi prout asserit intendat prosequi coram nobis, discrecioni tue presencium tenore conmittimus, et sub pena exconmunicacionis districte precipiendo mandamus, quatenus dictum R [5]) per vos uel per alium [6]) ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut decima die post citacionem vestram — que si [7]) feriata extiterit, proxima sequenti die non feriata — sufficienter conpareat coram nobis, in dicta causa facturus et recepturus quod iusticia suadebit.

Inhibeatis [8]) nichilominus ex parte nostra sub pena exconmunicacionis eidem, quod pendente causa appellacionis huiusmodi coram nobis in preiudicium ipsius appellacionis [9]) contra iam dictum P nil temere attemptare presumat, et attemptata si qua sunt studeat in statum pristinum reuocare. Alioquin contra ipsum et in ipsa causa procedemus quantum de iure fuerit, ipsius absencia non obstante.

Diem vero citacionis nichilominus [10]) et formam et quidquid inde feceritis etc. *ut supra.*

λ.

Sciendum est quod illa [11]) penultima clausula in omni citacione est ponenda, que incipit: *alioquin contra eum procedetur etc.*

1) A: *citacionis.*
2) B: *subsequenti.*
3) B: *nostrum G episcopum citercensis.*
4) B: *super ipsius facti.*
5) B hat hier *P.*
6) B: *alium ydoneum.*
7) In A fehlt *si.*
8) B: *inhibeatis. inhibemus.*
9) B: *preiudicium cause appellacionis predicte.*
10) B: *inhibicionis.*
11) B: *in illa.*

μ.

In citacione cause appellacionis aliter debet poni quam in citacione facta super negoçio principali. et hec est raçio: quia in causa negocii principalis non proceditur reo absente, set exconmunicatur reus uel ponitur actor in possessionem rei debite.[1] ad sentenciam vero proceditur vbi[2] lis fuerit contestata. set in appellacionis causa proceditur, siue reus siue actor sit absens, dummodo alter ipsorum instet: et quandoque — neutro prosequente — iudex procedit, si ex mora[3] viderit periculum inminere.

Vnde non debet dici in citacione cause appellacionis: *alioquin contra eum procedetur*,[4] set sic: *alioquin in ipsa causa procedemus quantum de iure fuerit, ipsius absencia non obstante.*

ν.

Preterea, quia citatus non tenetur nisi super hiis super quibus citatus est suo aduersario respondere, ideo cauendum est in illa clausula que dicit: *eidem P super tali re de iusticia responsurus,* ut id super quo quis citatur quantumcunque plenius poterit in citacionibus exprimatur. et ad maiorem cautelam expedire credo, ut semper ibi apponatur aliquod generale verbum sub quo possit actoris intencio totaliter conprehendi. quod sic scribi debet: *eidem P super spoliacione*[5] *huiusmodi et aliis omnibus que contra ipsum proponere*[6] *voluerit de iusticia responsurus.* uel sic: *super predictis decimis et rebus aliis de iusticia responsurus.*[7] uel sic: *propositurus*[8] *super premissis omnibus quidquid iuris uel facti proponere voluerit, et hiis que per aliam partem proposita fuerint*[9] *prout iustum*[10] *fuerit responsurus.*

ξ. Citacio quando causa reassumatur iam incepta et diu non[11]) agitata.

Frater I etc. dilecto in Christo filio etc.

Discrecioni tue[12] presencium tenore conmittimus et mandamus, quatenus R de tali loco ex parte nostra peremptorie[13] citare curetis, ut in crastino festiuitatis[14] beati

1) B: *petite.*
2) B: *non proceditur nisi.*
3) B: *si exercitum.*
4) In B ist *alioquin contra eum procedetur* ausgefallen.
5) B: *priuacione.*
6) B: *ponere.*
7) Dieser satz fehlt in B.
8) B: *positurus.*
9) A: *proponere voluerit.*
10) B: *iusticia.*
11) B: *quando resumitur causa diu.*
12) B: *etc. dilectioni uestre.*
13) In B fehlt *peremptorie.*
14) B: *ut tali die post festum.*

Martini proximo venturo, si dies iuridica[1]) fuerit, alioquin prima die iuridica tunc sequenti, per se uel procuratorem ydoneum, vbicumque in prouincia nostra fuerimus, conpareat coram nobis, in causa que inter ipsum ex vna parte et P de tali loco super ecclesia de . . vertitur coram nobis secundum retro acta[2]) quantum de iure fuerit processurus.

Alioquin contra ipsum et[3]) in ipsa causa procedemus, mediante iusticia, ipsius absencia non obstante.

Diem vero citacionis etc. *ut supra.*

o. Citacio ad certum actum.

Discrecioni vestre presencium tenore conmittimus, et districte precipiendo mandamus, quatenus R de tali loco per vos uel alium ex parte nostra peremptorie citare curetis, ut octaua die post citacionem nostram, si dies feriata non fuerit, alioquin proxima die non feriata, per se uel[4]) procuratorem ydoneum, vbicumque in prouincia nostra fuerimus, conpareat coram nobis, contestaturus litem — *uel* iuraturus de calumpnia et de veritate dicenda, *uel* aduerse partis[5]) posicionibus responsurus, *uel* ad videndum[6]) iurare testes, *uel* ad concludendum,[7]) *uel* auditurus sentenciam — in causa que inter ipsum ex vna parte et P de tali loco ex altera super ecclesia de . . vertitur coram nobis.

Alioquin tam ad ipsam litem pro contestata habendam[8]) in contumaciam eius quam alias[9]) ut iustum fuerit procedemus. *uel sic:* alioquin tam ad iuramentum calumpnie[10]) ab aduersa parte in ipsius contumaciam recipiendum quam alias[11]) in ipsa causa quantum de iure fuerit procedemus.

Diem vero citacionis et formam etc. *ut supra.*

c.

α. Citacio facta a iudice delegato.

Gotfridus archydiaconus lewensis[12]) domini pape iudex delegatus prouido et discreto viro salutem et sinceram in domino karitatem.[13])

1) B: *uenturum si dies feriata non.*
2) A: *secundum retracta.*
3) In B fehlt *et.*.
4) B: *uel per alium.*
5) B: *parti.*
6) B: *uel audiendus.*
7) B: *ducendum.*
8) B: *ipsam pro contestata habenda.*
9) B: *eius uel aliter.*
10) B: *calumpnii.*
11) B: *aliter.*
12) B: *Gotiscidus archidiaconus leuen* mit dem abkürzungshäckcken über dem *n.*
13) B: *uiro I salutem in domino.* Zu dem *I* ist von der feineren hand in den leeren raum zwischen den beiden spalten bemerkt: *Vita-*

Noueritis, nos recepisse litteras sanctissimi patris domini M pape iiii, tenoris et continencie infrascripte: ***Martinus episcopus seruus seruorum dei*** etc. *ponatur totus tenor litterarum. postmodum sic dicatur:*

Volentes ergo mandatum huiusmodi reuerenter exequi, ut tenemur, vobis auctoritate qua fungimur districte[1]) precipiendo mandamus, quatenus prima die post festum sancti Martini proximo futurum, si dies feriata non fuerit, alioquin proxima die iuridica[2]) tunc sequenti,[3]) per vos vel per responsalem ydoneum coram nobis R[4]) conparere[5]) curetis, propositurì super premissis omnibus quidquid iuris uel[6]) facti volueritis, et[7]) hiis que per aliam partem proposita fuerint prout iustum fuerit responsuri.

Alioquin contra vos ut iuris ordo fuerit procedemus.[8])

lis canonico et P Iuliani archidiacono sancti Nicolai engohinensis dyocesis.

1) In B fehlt ***districte.***

2) In A ist von ***proximo*** an bis hieher alles ausgefallen.

3) In B fehlt ***tunc sequenti.***

4) A: ***nobis Rat*** mit zwei abkürzungsstrichen über dem ***t.***

5) B: ***coram nobis uenire.***

6) B: ***et.***

7) B: ***uel.***

8) Ein verweisungszeichen führt hier in B zur nachstehenden von der feineren hand an den unteren rand der ersten spalte geschriebenen formel:

Alias sic:

Salutem etc.

Citetis peremptorie ad diem talem R clericum, delaturum ostensurum et exhibiturum coram nobis in iudicio nobis et P omnes litteras apostolicas uel metropolicas, per quas et auctoritate quarum facit citari et vexari seu ad iudicium euocari dictum P maliciose et calumpniose et vt dicitur abusiue, et per litteras falsas abusiuas et nullam sibi nec aliquam contra ipsum attribuentes iurisdictionem sedis apostolice seu delegati eiusdem, et vltra duas dietas — ***aliter*** vnam dietam — a fine talis dyocesis vbi dictus P inhabitat, et ad loca remota et minus insignia vbi conmode haberi non potest iurisperitorum copia, ad instanciam ipsius uel talium, qui sunt eidem P persone ignote, videlicet coram priore de N — non capace dictam iurisdictionem nec creato per electionem etc.— et facturum eidem copiam dictarum litterarum, si eam habere voluerit de eisdem, maxime cum sua intersit eas videre et habere, cum eis visis et sibi ostensis intendat eas redarguere de falso, et certificaturum ipsum de diei assignacione, cum ipsam ignoret, et de persona et de loco et de iudice.

Et nichilominus citetis coram nobis ad dictam diem peremptorie H procuratorem dicti clerici, purgaturum se per suum iuramentum, vtrum procurauerit uel procurari fecerit quod dictus R filius suus dictum P faciat vexari — vt dictum est — citari seu ad iudicium euocari, facturos et recepturos vlterius vt linea requirit equitatis.

Alioquin etc. datum etc.

Et ista citacio potest habere locum in testamentis et instrumentis ostendendis.

β. De hiis que in delegatorum citacionibus requiruntur.[1])

Notet hic notarius, quod vii sunt circa citacionem delegatorum[2]) sollempniter attentenda.

Primum, quod nomen delegati semper est omnibus preponendum,[3]) pro eo quod vice[4]) fungitur delegantis, et sic maior est omnibus de quorum causa cognoscit.[5])

Secundum, quod semper in salutacione se dicat iudicem delegatum.

Tercium quod tenor recepti in citacionibus[6]) scilicet in prima totaliter inseratur.

Quartum, quod ad certos diem et locum[7]) quis ad iudicium euocetur.

Quintum, quod sit locus sollempnis vbi possit aduocatorum copia inueniri.

Sextum, quod secundum facultatem persone citande et qualitatem negocii de quo agitur iudex debeat inducias moderari.

Septimum et ultimum, quod semper hec clausula ponatur in citacione: *si dies feriata non fuerit, alioquin proxima die etc. ut supra.* uel dicatur sic: *quod si dictus terminus in diem inciderit feriatam, sequentem non feriatam vobis pro termino assignamus.*

Item semper debent apponi in citacionibus verba comminatoria, prout superius scriptum[8]) est in illa clausula: *alioquin contra vos* — uel *contra te*[9]) — *procedemus ut iusticia suadebit.*

d.

α. De citacionibus per nuncium faciendis.

Consueuerunt interdum citaciones per nuncios[10]) fieri. vnde expedit ut de ipsis aliqua vobis scribam.

Sciendum est, quod — quando citacio fit per nuncium sine litteris — debet esse certus[11]) et iuratus: aliter non staretur relacioni ipsius.

Item cum ipse nuncius[12]) debeat de speciali citare mandato iudicis, necesse est ut mandatum factum nuncio

1) B: *in legatorum actionibus inquiruntur.*
2) B: *citaciones delegantis.*
3) B: *semper in omnibus premittendum.*
4) B: *iure.*
5) B: *cognoscitur.*
6) B: *tenor rescripti in citacione.*
7) B: *dies et locos.*
8) In B fehlt *scriptum.*
9) In A fehlt *te.*
10) B: *nuncium.*
11) B: *certus nuncius.*
12) B: *notarius.*

per notarium conscribatur,[1] quia — licet stetur relacioni nuncii qui citauerit — non tamen statur uel creditur ei quod citacio sibi mandata[2] fuerit facienda, nisi quatenus constiterit per scripturam. et sic de conscribendo[3] precepto faciendo nuncio primitus est videndum.

β. Qualiter scribi debeat preceptum citacionis per nuncium faciende.[4]

Scribat igitur ita notarius.

Die tali[5] reuerendus pater dominus . . dei gracia cantuariensis archyepiscopus tocius Anglie primas[6] mandauit Iohanni de Cantuaria, nuncio suo iurato, quod ad domum in qua habitat uel[7] habitare consueuit R de tali loco accedat, et eundem[8] ex parte sua citare procuret,[9] ut die tali, si feriata non fuerit, alioquin proxima die iuridica tunc sequenti, per se uel procuratorem ydoneum conpareat coram eo, P de tali loco super tali re[10] de iusticia responsurus. alioquin etc. *ut supra.*

Uel sic: reuerendus pater etc. mandauit Iohanni de Cantuaria, suo iurato nuncio, ut R de tali loco, si eum personaliter inuenire potuerit,[11] alioquin in domo in qua habitat[12] uel habitare consueuit, citare procuret, ut die tali etc. *ut supra.*

γ. Relacio nuncii.

Iohannes de Cantuaria, nuncius suprascriptus,[13] retulit mihi notario infrascripto, se citasse R predictum[14] personaliter inuentum ex parte domini archyepiscopi supradicti iuxta[15] formam mandati superius[16] sibi facti.

Uel sic: retulit mihi notario infrascripto, se iuisse ad domum in qua habitat uel habitare consueuit R de tali loco, et dixisse ipsius R familie et vicinis,[17] quod ipsum R citabat ex parte domini archyepiscopi supradicti, ut conpareret coram eo secundum formam mandati superius sibi facti.

1) B: *scribatur.*
2) A: *mandato.*
3) A: *scripturam. deferendo.*
4) B: *preceptum factum citacionis per nuncium.*
5) B: *notarius de.*
6) B: *dominus I dei gracia etc.*
7) B: *et.*
8) B: *R. de . . accessisset et eum.*
9) B: *procurasset.*
10) B hat hier blos: *proxima etc. super talis quid.*
11) B: *habere poterit.*
12) B: *ad domum quam inhabitat.*
13) B: *subscriptus.*
14) A: *per dictum.*
15) B: *secundum.*
16) B: *super.*
17) B: *R vicini.*

Uel sic: retulit mihi notario infrascripto, se citasse predictum R ipsius domui et vicinis, cum personam eius inuenire non posset, secundum formam mandati superius sibi facti.

δ.

Licet de iure sic esset primo preceptum [1]) et postmodum relacio conscribenda, [2]) consuetudo tamen est in romana curia quam alibi vbi fui, ut sola nuncii relacio conscribatur. [3]) et nunquam vidi contra hoc obicere. nec credo, quod contra hoc obiciens — repugnante dicta [4]) consuetudine — audiretur. quantum in citacionibus. secus autem esset in aliis mandatis que per nuncios sepe fiunt.

ε.

Relacio quidem [5]) facta per nuncium — nulla scriptura mandati sibi facti precedente [6]) — sic scribitur.

Alia relacio [7]) nuncii.

Iohannes de Cantuaria, nuncius domini archyepiscopi, [8]) retulit mihi notario infrascripto, se de mandato ipsius domini archyepiscopi specialiter sibi facto citasse heri R de tali loco personaliter inuentum, *uel* ad domum in qua habitat uel habitare consueuit, ut die lune proxima, si curia fuerit, alioquin proxima die curie [9]) tunc sequenti — *uel sic:* ut die lune proxima, si dies feriata non fuerit, alioquin proxima die iuridica [10]) tunc sequenti — peremptorie conpareat coram eo per se uel responsalem ydoneum, P de tali loco super quibusdam decimis pro quibus contra eum intendit agere, et rebus aliis, *uel* super quadam summa peccunie quam ab eo intendit petere, *uel* super manuum [11]) iniectione per ipsum R in personam ipsius P clerici temerarie facta, ut dicitur, et rebus aliis de iusticia responsurus. Alioquin etc.

ϛ.

Notandum est, quod relacio citacionis facte per nuncium secundum modum premissum semper debet tria tempora continere.

1) B: *iure sit primum receptum.*
2) B: *relacio nuncii conscribatur.*
3) Von *consuetudo* an bis hieher ist in B alles ausgefallen.
4) B: *repugnantem de.*
5) B: *quedam*
6) B: *scriptura sibi facta pendente.*
7) B: *alia forma seu lacio.*
8) B: *nuncius iuratus.*
9) In A fehlt *curie.*
10) B: *consueuit, ut die lune proxima, si non fuerit feriata, alioquin proxima die curie.*
11) B: *manus.*

Videlicet diem qua facta [1]) est ipsa relacio, [2]) quia non solum in relacione nuncii set in omnibus suis scripturis notarius debet preponere [3]) diem, ut sciatur qua die sunt facte.

Item continere debet relacio nuncii bene scripta diem [4]) qua facta fuerit citacio, ut sciatur si inter diem qua fuit [5]) citatus et diem qua debuit [6]) conparere tanti [7]) est temporis spacium quod citatus potuerit [8]) conparere. verbi gracia si citatus distat a loco vbi conparere debet per tres dietas conmunes, et nuncius maliciose citauit [9]) eum hodie [10]) in domo sua uel vbique, [11]) ita distantem quod cras conpareat, [12]) eo ipso excusatus est, nec conparere tenetur, [13]) cum nemo ad inpossibile [14]) obligetur.

Debet etiam continere diem qua citatus debeat conparere, ut sciat iudex quando [15]) contra ipsum citatum uel pro ipso sit in negocio procedendum.

2.

Quia sepe citacionis littere diriguntur eidem persone cui mandatur in iudicio conparere, oportet actorem si caute wlt agere ut de presentacione ipsarum litterarum facta ipsi citato [16]) fieri faciat publicum instrumentum, pro eo quod si citatus negaret ad eum citacionis litteras peruenisse, nisi actor probaret se ipsas litteras sibi presentasse uel presentari fecisse [17]) uel saltem ad domum suam eas dedisse, non posset reus contumax reputari. quod instrumentum presentacionis taliter scribi debet.

a. Instrumentum quando citato citatorie presentantur. [18])

In nomine domini amen.

Anno eiusdem etc. Petrus de tali loco presentauit R loci eiusdem ex parte reuerendi patris domini I dei gracia cantuariensis archyepiscopi — *uel* ex parte venerabilis viri domini talis domini pape iudicis delegati — et

1) In A fehlt *facta*.
2) A: *citacio*.
3) B: *proponere*.
4) A: *die*.
5) B: *fuerit*.
6) B: *debuerit*.
7) B: *tunc*.
8) B: *poterat*.
9) B: *citauerit*.
10) In A fehlt *hodie*.
11) B: *ubicunque*.
12) B: *que tres conparet*.
13) A: *curetur*.
14) B: *inpossibilitatem*.
15) B: *an*.
16) B: *facta sit citacio et*.
17) In B fehlt *uel presentari fecisse*.
18) A hat hier das rubrum des nächsten stückes. B: *quando citacio a citatore littere presentantur*.

in manus[1]) eius posuit quasdam citatorias litteras, eiusdem domini sigillo munitas, tenoris et continentie infrascripte: *frater I*[2]) *permissione diuina* etc. *et ponatur totus tenor litterarum. deinde dicatur sic:*

Quas litteras idem R reuerenter suscepit et legit, *uel*[3]) recipere noluit, coram me notario et testibus infrascriptis.

Actum in tali loco, presentibus talibus testibus.

b.

Fit etiam — et caute — publicum iustrumentum, quando alicui iudici[4]) delegato uel executori littere sue delegacionis[5]) uel execucionis[6]) primitus presentantur. cuius instrumenti forma hec est.

Instrumentum quando alicui delegato uel executori[7]) littere apostolice presentantur.

In nomine domini amen.

Anno eiusdem etc. P rector ecclesie de . . constitutus[8]) in presencia reuerendi patris domini I dei gracia cantuariensis archyepiscopi,[9]) deuote presentauit eidem, ac ipse dominus archyepiscopus reuerenter suscepit, quasdam litteras sanctissimi[10]) patris domini M pape iiii, cum vera bulla plumbea et filo canapis,[11]) non cancellatas, non abrasas,[12]) non abolitas,[13]) nec viciatas in aliqua parte sui, tenoris et continencie infrascripte: *Martinus episcopus seruus seruorum dei* etc. *ponatur tenor*[14]) *litterarum. demum*[15]) *dicatur:*

Quas quidem litteras de mandato dicti domini archyepiscopi ego infrascriptus notarius de verbo ad verbum transscripsi, et hoc transscriptum ex litteris[16]) sumptum meo signo[17]) et nomine roboraui.

Actum in tali loco, presentibus talibus etc.

3.

Viso de formis procuracionum, citacionum, instrumentorum que de presentacione litterarum fiunt aliquando,

1) B: *manibus*
2) B: *Iohannes.*
3) B: *et tenuit et.*
4) B: *per publicum instrumentum alicui iudicii.*
5) A: *denegacionis.*
6) B: *excusacionis.*
7) A: *delegacio uel execucio.* In B fehlt *uel executori.*
8) B: *Petrus rector talis ecclesie constitutus.*
9) B: *patris etc.*
10) B: *summi.*
11) B: *cum vero filo de canaba et in integro et vera bulla.*
12) B: *rasas.*
13) B: *obolitas.*
14) B: *totus tenor.*
15) B: *deinde.*
16) B: *litteris ipsis.*
17) B: *sigillo.*

videndum est qualiter sit presentacio rei seu actoris aut procuratorium ipsorum et exhibicio procuratorii conscribenda, [1] et cuiuslibet contumacia accusanda. [2]

a. Presentacio actoris reo non veniente.

Petrus rector ecclesie de . . presentauit se coram domino archyepiscopo suprascripto contra R de tali loco [3] citatum ad instanciam ipsius P, et exhibuit quasdam litteras citatorias, [4] dicti domini archyepiscopi sigillo [5] munitas. quarum tenor talis est: *frater I permissione diuina* etc. *ponatur tenor tocius littere. denique* [6] *sic dicatur:*

Et quia dictus R nec per se nec per alium conparere curauit, idem P suam contumaciam accusauit.

b.

Si vero conmissum fuerit alicui quod reum citet, tunc notarius ita scribat.

Alia presentacio super eodem.

Petrus de tali loco presentauit se coram domino archyepiscopo suprascripto contra R de tali loco, presentans mihi notario infrascripto [7] quasdam citatorias litteras, dicti [8] domini archyepiscopi sigillo munitas, et quasdam alias litteras decani . . qui dictum R citauerat, sigillo ipsius decani vallatas. [9]

Quarum litterarum tenores tales sunt. [10] *ponantur tenores* [11] *ambarum litterarum. deinde sic dicatur:*

Et quia dictus R nec per se nec per alium sufficienter conparere curauit, licet quendam procuratorem transmiserit, qui mandatum non habebat sufficiens, nec cauere voluit ut debebat, idem P instanter dicti R contumaciam accusauit.

c.

Quia decani [12] et alii clerici quibus citaciones et alia exequenda mandantur minus sufficienter quandoque rescribunt, ideo verum modum rescribendi notabo.

1) B: *procuratoris ipsorum exhibicio procuratorii conscribendi.*
2) B: *contumacie accusandi.*
3) B: *Robbm* (mit dem abkürzungshäckchen durch *bb*) *petri de.*
4) B: *citacionis.*
5) In B fehlt *sigillo.*
6) B: *ponatur totus tenor litterarum. deinde.*
Quia constat apertissime nobis fratri I permissione diuina cantuariensi archyepiscopo tocius Anglie primati, R de tali loco [11]) exconmunicatum esse ob contumaciam [12]) exconmunicacione maiori per venerabilem fratrem nostrum dominum . . episcopum cystrensem dyocesis ipsius, prout [13]) in ipsius domini episcopi litteris eiusdem sigillo munitis vidimus contineri, idcirco eundem R in causa quam coram nobis mouet seu mouere intendit P [14]) de tali loco super ecclesia de . . ex officio nostro repellimus ab agendo, sentenciando pronuncians, et pronunciando diffiniens, [15]) ipsum R

1) B: *exconmunicatus defertur, super huiusmodi excepcione sentencia.*
2) B: *suum iudicem eo quia est exconmunicatus.*
3) A: *olim.*
4) B: *M et B et D.*
5) B: *cum uos.*
6) In B fehlt *contra me.*
7) In B fehlt *apostolicarum.*
8) B: *nos igitur.*
9) B: *supra scripti.*
10) In B fehlt *diligenter.*
11) B: *diuina etc. R.*
12) B fügt *suam* bei.
13) B: *cistriciensem dyocesis.*
14) B: *contra P.*
15) B: *pronunciamus et pronunciando diffinimus.*

non esse audiendum in causa premissa, quousque a dicta exconmunicacionis sentencia fuerit absolutus.

Lata et pronunciata fuit dicta sentencia per dominum episcopum supradictum pro tribunali sedentem etc. *ut supra.*

d.

Viso de excepcione recusacionis et exconmunicacionis, et sentenciis super ipsis ferendis, nunc videndum est qualiter exhibeantur excepciones alie in iudicio, et qualiter sit scribenda iudicis pronunciacio super ipsis.

α.

Si excepciones contra libellum proposite non sunt efficaces, set proposite sunt tantum ut negocium dilatetur,[1] tunc non est necesse quod notarius format cum sollempnitate sentenciam, set tantummodo[2] ita scribat in actis post excepciones propositas: *die tali prefatus dominus archyepiscopus, constitutis in iudicio coram ipso P et M predictis, pronunciauit, procedendum esse in causa premissa.* uel: *pronunciauit interloquendo, dictum R respondere debere libello premisso, non obstantibus excepcionibus premissis.* uel: *pronunciauit,*[3] *litis contestacionem fieri debere super premisso libello, non obstantibus excepcionibus suprascriptis.*[4]

Lata et pronunciata fuit dicta interlocutoria etc.

β. Exhibicio excepcionum.

Robertus,[5] filius cuiusdam talis, conparuit in termino sibi dato coram domino archyepiscopo suprascripto, et exhibuit excepciones inferius annotatas.

Quarum tenor talis est: *coram vobis reuerendo patre domino I etc. et ponantur omnes excepciones per ordinem.*

γ.

Et sic scribatur[6] et fiat de replicacionibus duplicacionibus[7] triplicacionibus et quadruplicacionibus.

Si posite tales fuerunt[8] quod dubium sit an processum cause uel litis contestacionem debeant inpedire, siue pronunciet iudex[9] procedendum esse siue non,[10] notarius

1) B: *delatetur.*
2) A: *terminus.*
3) B: *obstantibus supradictis. uel.*
4) Von *super* an bis hieher fehlt in B.
5) B: *Robbertus.*
6) B: *ordinem sic scribantur.*
7) In B fehlt *duplicacionibus.*
8) B: *si excepciones proposite tale sunt.*
9) B: *sine pronunciacione iudicis.*
10) B: *non esse.*

debet sollempniter formare sentenciam, ita quod — si altera pars vellet appellare — inueniatur sentencia pronunciata et formata [1]) sollempniter, ut postulat ordo iuris.

δ. Si super excepcionibus interlocutoria sit ferenda.[2])

Cum in causa quam P de tali loco mouet seu mouere intendit R[3]) super tali re coram nobis fratre I permissione diuina [4]) etc. pro parte dicti R fuisset excipiendo propositum, dictum P non esse in sua peticione audiendum[5]) tali racione et tali — *ponantur*[6]) *summatim omnes cause assignate in excepcionibus. postmodum dicatur* — prout hec omnia in ipsis excepcionibus in actis curie vestre [7]) scriptis plenius continentur, nos visis et diligenter examinatis excepcionibus illis, et replicacionibus [8]) hinc inde datis, iuribus etiam et allegacionibus omnibus que et quas ipse partes hinc inde super hoc allegare et inducere voluerunt, et super hiis omnibus habito quam plurium consilio peritorum [9]) et per nos ipsos deliberacione sollempni, dei nomine inuocato, interloquendo pronunciamus et pronunciando sentencialiter diffinimus, ipsum P admittendum esse in peticione[10]) sua predicta, et procedendum fore super ipsa peticione, non obstantibus hiis que per partem alteram in contrarium sunt probata uel [11]) obiecta.

ε. Super eodem coram iudice delegato.

In nomine domini amen.

Cum in causa nobis magistro C archydiacono lewenensi a sede apostolica delegata que inter P actorem ex vna parte et R reum ex altera super quadam summa peccunie [12]) vertitur seu verti speratur pro parte dicti R coram nobis [13]) fuerit excipiendo propositum, nos non posse nec procedere debere in dicta causa pretextu litterarum a sede apostolica directarum, [14]) presertim cum ipse littere tacita veritate et expressa falsitate fuerant [15]) inpetrate, prout hec et alia

1) A: *forma.*
2) A: *sint referenda.* B: *qualiter super excepcionibus sentencia sit ferenda.*
3) B: *contra R.*
4) B: *nobis archiepiscopo.*
5) B: *admittendum.*
6) B: *racione. et ponantur.*
7) B: *nostre.*
8) B fügt noch *omnibus* bei.
9) B: *uoluerunt. et eciam allegacionibus omnibus quas ipse partes hinc inde.*
10) B: *in causa seu peticione.*
11) B: *et.*
12) B: *cum in causa que inter talem ex una parte et talem ex altera coram tali iudice delegato a sede apostolica.*
13) B: *coram dicto iudice.*
14) B: *delegatarum.*
15) B: *fuerint.*

per ipsum R proposita et excepta in excepcionibus ipsius R in actis infrascripti [1]) notarii nostri descriptis [2]) plenarie continentur,

uel sic: pro parte dicti R coram nobis [3]) fuerint quedam excepciones proposite, que tales sunt: *coram vobis* etc. *et ponantur omnes excepciones per ordinem. deinde dicatur:*

nos visis diligenter et examinacionibus[4]) prenotatis, et interrogacionibus eidem P per nos ex officio nostro factis, et responsibus subsecutis ad eas, necnon auditis consideratis et intellectis attencius iuribus et racionibus[5]) et allegacionibus omnibus quas ipse partes dare in scriptis uel ore tenus facere [6]) voluerunt, et super hiis omnibus habito plurium [7]) consilio [8]) peritorum et per nos ipsos deliberacione sollempni, dei nomine inuocato, auctoritate domini pape qua fungimur in hac parte interloquendo pronunciamus, procedendum esse ac procedi debere in causa premissa, non obstantibus hiis que pro parte dicti R proposita sunt in contrarium uel obiecta. *uel sic:* non obstantibus excepcionibus suprascriptis.

E.

Pronunciato super excepcionibus, ad litis contestacionem procedatur. [9])

Deinde ad iuramentum calumpnie, si petatur, uel de veritate dicenda. cum autem causa mere ciuilis, [10]) tunc iuratur de calumpnia tantum. si vero spiritualis fuerat, uel spiritualibus[11]) annexa, tunc iuratur de veritate dicenda.

Set quia expense [12]) et interesse [13]) veniunt in lite, que ciuilia sunt, ideo [14]) in spiritualibus causis et spiritualibus annexis iuratur in romana curia de calumpnia et de veritate dicenda.

Vnde videndum qualiter in casu quolibet sit scribendum.

1) B: *infra scriptis.*
2) B: *scriptis.*
3) B: *coram dicto iudice.*
4) B: *diligenter excepcionibus.*
5) B: *omnibus racionibus.*
6) B: *dicere.*
7) B: *quam plurimum* mit einem über das *m* gesetzten *o* wohl für *plurimorum.*
8) A: *consilium.*
9) B: *proceditur.*
10) B: *causa mota ciuilis est.*
11) B: *spirituali.*
12) A: *expresse.*
13) B: *set expense inter esse.*
14) B: *etiam in.*

a. Contestacio[1]) litis et iuramentum calumpnie.

Conparentibus in iudicio coram domino archyepiscopo suprascripto C [2]) procuratore Petri actoris ex vna parte et A procuratore dicti R rei ex altera, procuratorio [3]) nomine dictorum dominorum, et lecto ibidem infra [4]) scripto libello per seriem, dictus C procurator actoris, querente dicto domino archyepiscopo, [5]) dixit se credere iuste posse petere omnia que petebat [6]) in libello predicto. dictus vero A procurator rei, [7]) animo contestandi litem negans narrata [8]) prout in ipso libello narrantur, dixit petita fieri non debere. [9])

Et sic facta est litis contestacio[10]) legittime inter eos, et vterque sollempniter prestitit calumpnie iuramentum.

b. Alius modus super eodem.

Constitutis in iudicio coram domino archyepiscopo suprascripto [11]) P actore et R reo predictis, et lecto ibidem seriatim libello predicto, [12]) per narracionem actoris et responsionem rei animo contestandi litem facta est litis contestacio legittime inter eos super ipso libello, et vterque sollempniter prestitit calumpnie iuramentum et de veritate dicenda.

c.

Si vero presbyter [13]) est qui iurat, non debet tangere librum, set tantum manum apponere super librum. [14])

In causis matrimonialibus, ubi[15]) iuratur de veritate[16]) tantum, prestitam [17]) formam in omnibus notarius seruare tenetur, [18]) remoto illo verbo *calumpnie.*

d.

Et quia interdum notarius narrat iuramentum calumpnie

1) A: *constitucio.*
2) B: *coram tali iudice Conrado.*
3) B: *procuratoris.*
4) A: *in.*
5) B: *dicto iudice.*
6) B: *petit.*
7) In B ist hiezu von der feineren hand beigemerkt: *nomine procuratorio dicti rei.*
8) B: *negans uera esse.*
9) In B bemerkt hier die feinere wie die gröbere hand: *Uel sic:* litem contestando negauit narrata ut narrantur, dicens petita fieri non debere.
10) B fügt noch *cause* bei.
11) B: *coram tali iudice.*
12) B: *lecto libello actoris et seriem ipsius.*
13) B: *episcopus.*
14) B: *manum extendere super ipsum.*
15) A: *nisi.*
16) B: *ueritate dicenda.*
17) B: *per scripturam.*
18) B: *notarius teneat.*

et de veritate dicenda, conueniens est ipsum modum narracionis conscribi, ut sciat notarius que debeat in ipso iuramento conprehendere.

Qualiter narrari debeat callumpnie iuramentum.

Dicat tunc [1]) notarius actori. *tu iurabis quia ea que petis non petis animo* [2]) *calumpnie, set quia credis ea iuste posse petere, falsa instrumenta uel testes falsos* [3]) *non produces, dilacionem non petes in fraudem ut negocium protrahatur, veritatem non negabis in qualibet parte litis cum per iudicem fueris requisitus, aliquid non dedisti uel promisisti* [4]) *nec dabis uel promittes ut pro te debeat iudicari nisi illis personis quibus dari* [5]) *iura permittunt. ita deus te adiuet, et hec sancta dei ewangelia.*

Et faciat [6]) ipsum manum apponere super librum, et in propria persona dicere verba predicta.

Deinde dicat reo. *sicut ille fecit in agendo, ita et tu facies in deffendendo.* [7]) *sic deus te adiuet, et hec sancta dei ewangelia.*

Ad hec habentur peroptimi [8]) versus qui tales sunt:

illud iuretur, quod lis sibi iusta videtur;
et cum queretur verum non inficietur;
ut lis tardetur, dilacio nulla petetur;
nil promittetur, ut [9]) falsa probacio detur. [10])

e. Narracio de veritate dicenda.

Iuramentum de veritate dicenda narratur sic.

Dicat notarius actori in hunc modum. *tu iurabis ad sancta dei ewangelia, dicere et respondere puram veritatem quam scis uel scieueris per te uel alium, quocienscumque* [11]) *in hac lite per iudicem fueris requisitus. sic deus te adiuet et hec sancta dei ewangelia.*

Et faciat notarius quod tam actor quam reus tangendo librum in propria persona proferat dicta verba.

Si vero procurator fuerit qui iurabit, tunc ita dicatur. *tu iurabis ad sancta dei ewangelia, dicere et respondere veritatem quam scis uel scieueris per te uel per alium seu alios* [12]) *in cuius*

1) B: *dixit.*
2) In B fehlt *animo.*
3) In B fehlt *falsos.*
4) In B fehlt *uel promisisti.*
5) B: *dare.*
6) B: *facias.*
7) In B bemerkt hiezu die feinere wie die gröbere hand: *quod tu credis te habere iustam defensionem, et te potes iuste defendere, et quod falsa instrumenta etc. ut supra.*
8) B: *oppiniones.*
9) B: *nec.*
10) In B sind der dritte und vierte vers umgestellt.
11) B: *uel per alium quocunque et quandocunque.*
12) A: *illos.*

aut quorum animam iuras, quocienscumque et quandocumque in hac causa fueris requisitus etc. ut supra.

Cum autem omittitur [1]) iuramentum calumpnie, tunc notarius ita scribat. ponat primo [2]) litis contestacionem, ut superius est notatum. [3]) deinde dicat: *et quia iuramentum calumpnie de* [4]) *aliqua dictarum parcium petitum* [5]) *non extitit ab vtroque dictorum litigancium, tacite est obmissum.* [6])

F. De conmissionibus.

Quia plurimumque [7]) iudices articulum istum de iuramento calumpnie, testium recepcionem, [8]) et examinacionem, necnon etiam [9]) consueuerunt conmittere totam causam, ideo de conmissionibus et iudicum [10]) excusacionibus est videndum.

a.

Et primo, cum pluribus iudicibus causa conmittitur cum illa clausula: *si* [11]) *non omnes*, qualiter ille uel illi [12]) qui interesse non possunt se debeant excusare.

α. Excusacio college. [13])

Sapienti viro magistro H decano londoniensi, domini pape iudici delegato, C archydiaconus lewenensis [14]) eius collega salutem et sinceram in domino karitatem.

Quia cognicioni et decisioni cause vobis et michi a sede apostolica delegate, videlicet quam P mouet seu mouere intendit R de tali loco super quadam summa peccunie [15]) et rebus aliis, prout in litteris apostolicis ab ipso P inpetratis continetur plenarie, non possum [16]) sine rei familiaris periculo interesse, prudencie vestre presencium insinuacione notifico ut ex nunc in iam dicto procedentes negocio meam presenciam nullatenus expectetis.

Datum etc.

β. Quando delegatus vices suas condelegato conmittit. [17])

Magne prudencie viro T, domini pape iudici [18]) delegato, H eius collega salutem in domino sempiternam.

1) A: *amittitur.* B: *conmittitur.*
2) B: *post.*
3) B: *narratum.*
4) B: *ab.*
5) Anstatt *petitum* hat in B eine alte hand *prestitum* ergänzt.
6) B: *conmissum.*
7) B: *plerumque.*
8) A: *recepcione.*
9) A: *necnon ante.* B: *examinacionem hinc inde ab ea.*
10) B: *conmissionibus iudicum et.*
11) B: *et si.*
12) B: *qualiter illi.*
13) A: *collegie.* B: *de excusacionibus college.*
14) B: *domini legato G archidiachonus linensis.*
15) B: *contra R super quibusdam peccunie summis.*
16) A: *possunt.* B: *possim.*
17) B: *quando legatus sua uice conmittit.*
18) In B fehlt *iudici.*

Quoniam ad cognicionem [1]) et decisionem cause nobis vna cum magistro Wo [2]) a sede apostolica delegate, videlicet quam . . contra . . super . . re mouet seu mouere intendit, ad presens — licet vellemus — interesse quibusdam nostris et ecclesie nostre negociis prepediti non possumus, vobis super hiis omnibus quousque interesse poterimus plenarie conmittimus vices nostras.

Datum etc.

b. Conmissio tocius cause in extraneum facienda.

Gotfridus archydiaconus lewenensis, [3]) domini pape iudex delegatus, prouido et discreto viro magistro . . decano de arcubus londoniensi [4]) salutem etc.

Discrecioni vestre tenore presencium innotescat, [5]) nos a sanctissimo patre domino nostro domino M papa iiii quasdam recepisse litteras sub hac forma: *Martinus episcopus* etc. *ponatur totus tenor litterarum. deinde dicatur:*

Quare [6]) cum examinacioni cause huius pluribus et diuersis prepediti negociis non possumus sine graui nostro incommodo interesse, vobis [7]) examinacionem et decisionem ac cognicionem [8]) ipsius cause tenore presencium totaliter duximus conmittendam. *uel sic:* super hiis omnibus totaliter [9]) conmittimus vices nostras. [10])

Datum etc. *ut supra*

c. [11])

Cum autem causa conmittitur, diffinitiua sentencia reseruata, scribit notarius per omnia secundum formam proximo supra dictam usque ad locum ubi dicit: *vobis ad examinacionem* etc. et dicatur tunc: *vobis ad examinacionem et cognicionem tocius cause — reseruata nobis diffinitiua sentencia — plenarie conmittimus vices nostras* etc.

1) B: *congregacionem.*
2) B: *guillemo.*
3) B: *leuen* mit dem abkürzungshäckchen über dem *n.*
4) B: *prouido viro magistro P de.*
5) B: *innotescimus.*
6) B: *quarum tenore.*
7) In B fehlt *vobis.*
8) In B fehlt *ac cognicionem.*
9) In A ist von *duximus* an bis hieher alles ausgefallen.
10) In B ist hiezu von der feineren wie gröberen hand noch beigemerkt:

Uel sic: vobis conmittimus vices nostras, donec ad nos eas duxerimus reuocandas.

Uel sic: vobis super hiis omnibus, quousque interesse poterimus etc. *ut supra proxima.*

Uel sic: vobis conmittimus vices nostras tam diu quam diu contigat (*nach der gröberen hand:* contingerit) nos abesse. datum etc.

11) Dieser ganze absatz ist in A ausgefallen.

d. Conmissio super certum articulum.[1])

Gotfridus archydiaconus lewenensis,[2]) domini pape iudex delegatus, prouido et discreto viro . . salutem in domino sempiternam.

Cum in causa quam P de . . mouet seu mouere intendit R loci eiusdem super . . re [3]) auctoritate apostolica coram nobis, in qua per procuratores usque ad litis contestacionem sollempniter est processum, petatur[4]) instanter a nobis ut — parcentes laboribus parcium et expensis — alicui discreto viro vellemus conmittere, quod [5]) a principalibus personis calumpnie iuramentum reciperet, et posicionibus[6]) hinc inde faceret responderi, nos ipsorum precibus [7]) annuentes [8]) vobis auctoritate qua fungimur [9]) de vtriusque partis assensu tenore presencium conmittimus et mandamus, [10]) quatenus iuramentum calumpnie super libello exhibito, quem vobis mittimus presentibus interclusum, ab ipsis principalibus personis [11]) recipiatis sollempniter prima die iuridica post festum omnium sanctorum proxime venturum, quem diem ipsis partibus ad dictum [12]) iuramentum prestandum pro peremptorio termino duximus assignandum, et posicionibus quas ipse partes hinc inde facere voluerint faciatis ut iuris est plenarie responderi, iuramentum ipsum et posiciones, si quas fecerint, cum responsionibus subsecutis ad eas [13]) in publicam scripturam redactas [14]) sub sigillo nostro vna cum presentibus et libello predicto nobis quam cicius remittentes,[15]) necnon prefigentes eisdem partibus peremptorium terminum conpetentem quo sufficienter conpareant coram nobis, [16]) in causa [17]) quantum de iure fuerit processure. [18])

Datum etc.

1) B: *sub serto articulo.*
2) B: *Martius archidiachonus talis loci.*
3) B: *contra R super tali re.*
4) B: *et petatur.*
5) B: *qui.*
6) B: *posicionibus faciendis.*
7) B: *ipsis partibus.*
8) Die feinere wie gröbere hand setzt hier in B bei: *earum precibus inclinati.*
9) Ebenso hier: *in hac parte.*
10) In B fehlt *et mandamus.*
11) B: *ipsis partibus.*
12) B: *ad ipsum.*
13) B: *ac eos.*
14) B: *redactis.*
Die feinere wie gröbere hand fügt hiezu sodann noch bei: *et quicquid exinde actum et subsecutum fuerit, partibus presentibus uel altera absente.*
15) B: *nobis premissis completis quam cicius poteritis remittatis.*
16) Die feinere wie gröbere hand in B setzt hier bei: *in curia nostra, uel tali loco.*
17) B: *in dicta causa.*
18) B: *procedendum.*

e. Conmissio super recepcione et examinacione testium.

Frater I etc. dilecto in Christo filio etc.

Cum in causa que inter P actorem ex vna parte et R reum super quadam re . . vertitur coram nobis testes sint necessario [1]) producendi, discrecioni vestre tenore presencium de vtriusque partis assensu conmittimus et mandamus, quatenus testes omnes quos ipse partes producere voluerint coram vobis [2]) super articulis ab vtraque parte datis cum interrogatoriis ab ipsis exhibitis, que omnia sub sigillo nostro vobis mittimus[3]) presentibus interclusa, infra annum — *siue*[4]) vnum mensem — a recepcione presencium, quem terminum ipsis partibus ad probandum peremptorium duximus assignandum, prudenter recipere ac diligenter examinare curetis, deposiciones omnium testium quos produxerint fideliter in scriptis redactas vna cum predictis articulis et[5]) interrogatoriis ac tenore presencium sub sigillo vestro clausas necnon reuelatas ad nos quam cicius poteritis transmittentes, [6]) prefixo partibus peremptorio termino conpetenti quo sufficienter cum omnibus instrumentis actis et munimentis suis causam ipsam qualitercumque tangentibus conpareant coram nobis, in dicta causa prout de iure fuerit processure legittime.

Testes autem qui fuerint nominati, si se gracia odio uel timore subtraxerint, per censuram ecclesiasticam conpellatis veritati testimonium perhibere.

Datum etc.

G.

Lite contestata, et iuramento de calumpnia prestito, sequitur prefixio termini ad ponendum. [7])

a. Prefixio termini ad ponendum.

Coram reuerendo patre domino archyepiscopo suprascripto [8]) conparentibus in iudicio P actore et R reo predictis, [9]) idem dominus archyepiscopus [10]) vtrique parti ad ponendum hinc inde quidquid ponere volunt [11]) diem lune proxime venientem pro primo termino [12]) assignauit.

1) B: *testes sunt necessarii per eos.*
2) B: *nobis.*
3) B: *transmisimus.*
4) In B fehlt *annum siue.*
5) Von hier an bis *reuelatas* einschliesslich fehlt in B.
6) B: *remittentes.*
7) B: *deponendum. quem terminum notarius ita scribat.*
8) B: *patre etc.*
9) In B fehlt *predictis.*
10) In B fehlt *archyepiscopus.*
11) B: *uoluerint.*
12) Anstatt *pro primo termino* hat B blos: *terminum.*

b. Qualiter consueuit terminus assignari. [1])

Hic terminus consueuit assignari semper inmediate [2]) post iuramentum calumpnie.

Et tunc scripta litis contestacione et iuramento [3]) calumpnie, ut supra notatum est, inmediate sic scribat notarius: *quibus partibus idem iudex ad ponendum pro prima dilacione ad talem diem terminum assignauit.* uel sic: *ad ponendum peremptorium* [4]) *terminum assignauit.*

Petrus actor predictus, conparens coram domino archyepiscopo sepe dicto, [5]) *posiciones exhibuit infrascriptas. quarum tenor talis est: in nomine domini amen. hee sunt posiciones* etc. et ponantur omnes posiciones per ordinem sicut exhibite sunt. [6])

Tamen non debet [7]) poni in libro, quousque sit eis responsum, pro eo quod responsiones quandoque magne quandoque breues existunt, et sic non posset notarius quantum spacium deberet in registro dimittere inter vnam posicionem et alteram [8]) pro scribendis posicionibus arbitrari. [9])

Simili modo scribatur posicionum exhibicio rei.

c.

Exhibitis posicionibus, [10]) et ipsarum copia partibus data, ad respondendum ipsis posicionibus terminus prefigitur in hunc modum.

α. Terminus ad respondendum posicionibus.

Conparentibus in iudicio coram domino archyepiscopo suprascripto [11]) P actore et R reo predictis, idem dominus archyepiscopus vtrique [12]) ad respondendum posicionibus coram ipso [13]) exhibitis ab hodie ad viii dies peremptorium terminum assignauit.

β.

Si posicionum copia partibus non sit data quando terminus iste prefigitur, consueuit in fine termini [14]) clausula hec apponi: *et interim* [15]) *dictarum posicionum copiam recipiant hinc inde, si eis videbitur expedire.*

1) In B wird ohne rubrum gleich weiter gefahren.
2) In B fehlt *inmediate.*
3) B: *iuramentum.*
4) B: *ponendum pro omnibus perhemtorium.*
5) B: *coram dicto iudice.*
6) A: *exhibiciones.*
7) A: *debent.*
8) B: *aliam.*
9) A: *arbitratis.*
10) In B fehlt *exhibitis posicionibus.*
11) B: *coram tali iudice.*
12) B: *dominus iudex vtrique parti.*
13) B fügt noch bei: *iudice.* A hat anstatt dessen *contra ipsum.*
14) B: *dicti termini.*
15) B: *istarum.*

γ.

Adueniente die quo posicionibus respondetur, factoque hoc, [1] in fine cuiuslibet posicionis scribat notarius cuiuslibet posicionis [2] responsionem.

Demum sic scribat: *die tali respondit R predictus posicionibus omnibus premissis*, ut iuxta eas [3] superius est conscriptum.

δ.

Quandoque tamen non potest vna eadem die [4] omnibus posicionibus responderi, quia [5] multe sunt, uel quia super hiis omnibus [6] oritur questio inter partes, [7] et aliis omnibus [8] causis. tunc ita scribat notarius: *die . . R predictus respondit omnibus posicionibus suprascriptis signatis hoc signo A*, prout [9] iuxta eas superius scriptum est. et faciat in capite cuiuslibet posicionis cui responsum est hanc litteram A. [10]

d.

Terminus ad dandum articulos, et eorum exhibicio scribatur ita ut supra de posicionibus scriptum [11] est.

Et post exhibicionem registrantur inmediate, si nihil contra eos proponitur.

Si vero pars aliqua velit contra datos articulos dicere, tunc [12] datur terminus ad dicendum et dandum in scriptis contra eos quidquid dicere volunt. et interim [13] recipiant copiam, si eis videbitur expedire.

H.

Iustificatis quidem articulis, et dato termino ad probandum, cuius termini forma satis leuiter trahi [14] poterit de aliis terminis suprascriptis, procedatur ad productionem testium. vnde subsequenter de testibus est videndum.

1) A hat blos *facto*.
2) In A fehlt *cuiuslibet posicionis*.
3) In A fehlt *eas*.
4) In B fehlt *vna eadem die*.
5) A: *que*.
6) In B fehlt *omnibus*.
7) B: *easdem partes*.
8) B: *aliis multis de*.
9) B: *signum. ac prout*.
10) In B fehlt *A*.
Dagegen bemerkt die feinere hand an den unteren rand der ersten spalte noch: *Uel dicat sic:* primo respondit ut in fine eius continetur. et sic deinceps vi et vii et finali posicionibus non respondit. et quod dominus iudex interloquendo pronunciauit, quod — cum sint duplices uel capciose uel inpertinentes — quod eisdem non est respondendum, cum non releuent ponentem.
11) B: *dictum*.
12) A hat hier blos: *si vero parti alicui*.
13) B: *dicere uel dare voluerint et iterum*.
14) B: *extrahi*.

1. De testibus. [1])

a.

Si testes debent recipi extra curiam, tunc mittuntur littere secundum formam supra de conmissione testium[2]) annotatam. hodie vero dicte [3]) conmissiones fiunt per litteras apostolicas.

Si vero recipi debeant in curia, tunc [4]) statuitur terminus per notarium[5]) ad probandum. infra quem terminum testes iurare debent.

Et licet ad iudices pertineat[6]) examinacio testium, pro eo quod maiorem discrecionem quam notarius sibi [7]) requirit, consuetudo tamen tenet [8]) quod testes quasi semper per notarium examinentur. vnde cum notarius vice fungatur iudicis in hoc casu, oportet ipsum cum omni cautela et maturitate ad testium examinacionem procedere, ne ipsius inpericia uel defectu negocium de quo agitur perimatur, sicut perimi vidi multociens simplicitate [9]) notarii procedentis in negocio inprudenter. debet enim notarius, qualecunque sit negocium, ciuile uel criminale, facere sibi dari in scriptis articulos siue intencionem [10]) super qua testes iurare debent et examinari, ut viam habeat quodammodo limitatam. et sic plenius [11]) poterit a testibus inquirere veritatem.

b.

Et quia iuramentum est primum quod a testibus agitur, [12]) ideo de ipso iuramento — videlicet qualiter notarius testem iurare faciat — primitus est videndum.

Qualiter iuramentum calumpnie est testibus conputandum. [13])

Dicat testi notarius, tenendo librum in manu uel ante ipsum testem: *tu iurabis ad sancta dei ewangelia, fideliter dicere ueritatem et* [14]) *id quod scis de negocio quod agit* ***P*** *ex vna parte et* ***R*** [15]) *ex altera ita pro vna parte quam* [16]) *pro alia,*

1) In A läuft hier der text ohne rubrum fort.
2) In IV. 5. F. e. s. 668.
3) In B fehlt *dicte.*
4) A: *nec? nunc?*
5) A: *prenotatus.*
6) B: *perueniat.*
7) A: *sic.* B: *sit.*
8) B: *est.*
9) B: *per cimplicitatem.*
10) A: *examinacionem.*
11) B: *melius.*
12) B: *exigitur.*
13) A hat hier das in B zunächst folgende rubrum: *qualiter scribi debeat testium iuramentum.*
14) In B fehlt *veritatem et.*
15) B: *agitur inter talem ex vna parte et talem.*
16) B: *sicut.*

remoto precio precibus [1]) *amore odio uel timore conmodo uel incommodo quod tibi venire possit exinde, et quod dictum tuum tenebis* [2]) *secretum quousque per iudicem fuerit publicatum.*

Et faciat notarius quod testis in propria persona dicat, tenendo manum suam super librum, hec verba: *sicut* [3]) *tu dixisti ita faciam. si* [4]) *deus me adiuuet et hec sancta dei ewangelia.*

Si vero plures sint testes, quod statim iurare vnus post alium debeat, [5]) non est necesse omnia predicta cuilibet narrari [6]) testi, set sufficit tantum dicere sic: *sicut ille iurauit, ita et tu iuras, si deus te adiuuet* etc. ut supra. Quod iuramentum sic scribatur.

c. Iuramentum testium productorum. [7])

Fuscolsus Thitardei Cesenelli de Cesin et Formica condam constantiensis testes producti ab R contra testes [8]) super premissis Ia Vbaldi Io Beneuenti iurauerunt, [9]) presentibus partibus, coram dicto iudice, perhibere testimonium veritati, premissa tamen per dictum R hac protestacione, videlicet quod salue sibi sint et reseruate omnes excepciones sibi conpetentes et conpetiture tam ante iuramentum dictorum testium [10]) quam post et tam contra personas dictorum testium quam contra dicta eorum.

Consueuit enim ille contra quem testes producuntur quasi semper dictam protestacionem facere oretenus. et alteri [11]) *protestacio datur in scriptis. et tunc ita scribat notarius: sicut ei* [12]) *datur in scriptis. et scribat ipsam protestacionem ante iuramentum testium.*

Si vero nulla protestacio fieret oretenus uel in scriptis, tunc notarius nichil de protestacione scribat, quia non pertinet ad eum [13]) *defectum partis supplere.*

Et notandum, quod non [14]) *sufficit si notarius scribat deposicionem testis* [15]) *ita: Iacobus testis productus a tali iuratus de veritate dicenda dixit, nisi aliter* [16]) *de*

1) B: *precio a partibus.*
2) B: *tenebit.*
3) B: *manum super librum sicut.*
4) B: *sicut?*
5) B: *qui statim unus post alium iurari debeant.*
6) B: *narrare.*
7) B: *qualiter scribi debeant testium iuramenta.*
8) A: *testem.*
9) B: *Robbertus Iacobi. Iohannes de . . Iacobus Petri. testes producti a tali contra talem super premissis articulis iuratum.*
10) In B fehlt *testium.*
11) A: *antea?*
12) A: *et.* B: *enim?*
13) B: *eundem notarium.*
14) In B fehlt *non.*
15) B: *in deposicione testium.*
16) B: *dixit etc. vbi.*

iuramento appareat. vnde semper scribendum est in actis iuramentum testium, sicut superius est notatum.

d. Examinacio testium.[1]

Ad testium examinacionem sic procedat notarius.

Primo scribat titulum, ut inferius annotabo. deinde scribat intencionem[2] seu articulos omnes per ordinem. postmodum scribat diem qua fit examinacio, licet multi notarii non scribant diem qua testes examinentur. ego autem credo diem apponendam esse in omni scriptura publica, siue fiat in iudicio siue extra. demum facto scribat nomen et cognomen testis, et procedat[3] in forma subscripta.

e. Titulus in attestacionibus apponendus.[4]

Infrascripte sunt attestaciones dictorum[5] testium A P et S bononiensium[6] contra R de tali loco[7] super infrascriptis articulis[8] per me Iacobum[9] infrascriptum sub examine reuerendi patris domini G rauennatensis episcopi. anno domini m°. cc°. lxxxii. indictione x.[10])

Capitula[11]) *intencionis seu articuli scribuntur inmediate post tytulum, sicut dantur a parte in scriptis.*

f.

Deinde, scripta die et nomine testis, sic notarius examinando procedat.

α. Modus examinandi testes.

Primo si intencio parua[12] est, siue articuli pauci sunt, ita quod posset[13] bene negocium in animo[14] summarie conprehendi, legat notarius testi totam intencionem et[15] omnes articulos simul et[16] semel.

Et lectis articulis faciat testem dicere super dicto[17] negocio quidquid nouit, antequam ipsum interrogaret de aliquo.

1) B bemerkt hier zuerst: *de testium examinacione sic procedit notarius.* dann folgt das rubrum: *de examinacione testium.*
2) Von hier an bis *postmodum* einschliesslich ist in B ausgefallen.
3) B: *procedatur.*
4) B: *apponendis.*
5) B: *productorum.*
6) In B fehlt *bononiensium.*
7) B: *R loci eiusdem eciam.*
8) B setzt noch *scriptis* bei.
9) B: *Iohannem notarium.*
10) B: *examinacione reuerendi patris etc. anno domini etc. indictione nona.*
11) B: *capituli.*
12) B: *praua.*
13) A: *non posset.*
14) In B fehlt *in animo.*
15) B: *seu.*
16) In B fehlt *et.*
17) B: *toto.*

Postmodum interroget eum [1]) diligenter secundum modum inferius annotatum.

Et ut melius et plenius exprimam quod intendo, pono casum et articulos.

Ecce quidam [2]) petit a quodam debitore suo c libras quas ex causa mutui sibi dedit, et dat tales articulos. [3]) *intendit probare P contra ipsum R, quod ipse P pure [4]) numerauerit et tradidit eidem R ex causa mutui c libras. item quod dictus R promisit, eidem P reddere et restituere dictas c libras [5]) ad terminum vi mensium. item quod de omnibus predictis et singulis est publica vox et fama.*

Si articuli fuerint ita pauci, [6]) interroget testem notarius super primo articulo, et postmodum super secundo, et sic de singulis.

Set lectis sibi omnibus articulis et uulgarizatis [7]) a parte, si laycus est, dicat sibi quidquid scit [8]) de ipso negocio, et faciat eum dicere integraliter [9]) quidquid scit. [10]) si vero testis diceret, vera esse [11]) que in articulis [12]) continentur, uel vera esse que in dicto articulo continentur, [13]) non debet esse notarius contentus de tali dicto, quia videtur quod testis sit subornatus, set dicat tunc notarius testi: *quomodo vera sunt, dicas mihi factum et quid inde scis.*

Postmodum audito et intellecto bene toto eo quod dixerit, scribat notarius sic.

β. Idem modus examinandi testes. [14])

Iacobus de Bononia [15]) testis iuratus — lectis et apertis et wlgarizatis [16]) articulis suprascriptis — dixit, [17]) quod dictus P mutuauit dicto R c libras turonenses, [18]) et quod dictus R promisit eidem R c libras restituere infra vi menses tunc proximo venientes.

1) B: *querat ab eo.*
2) B: *articulos quid.*
3) B: *c solidos ex causa mutui. et super hoc debent dari tales articuli.*
4) B fügt noch *et libere* bei.
5) Von *item* an bis hieher ist in A ausgefallen.
Anstatt *libras* hat B *solidos.*
6) A: *et non interroget.*
7) B: *uulgalisatis.*
8) B: *sibi quid sit.*
9) In A fehlt *dicere integraliter.*
10) B: *quis sicit.*
11) B: *sunt.*
12) B: *articulo.*
13) Von *uel* an bis hieher fehlt in B.
14) B: *super eodem.*
15) In B fehlt *Bononia.*
16) A hat *wlgari* mit übergeschriebenem *tis.* B: *lectis a notario et uulgualisatis,* wozu von der feineren hand in den leeren mittelraum zwischen den spalten bemerkt ist: *seu vulgariter sibi expositis.*
17) In A fehlt *dixit.*
18) B: *libras talis monete.*

γ. Super eodem.[1])

Huic dicto conueniunt primo iiii interrogaciones generalissime[2]) ad dictum cuiuslibet testis.[3])

Que tales sunt. primo interrogandus est quilibet, ut reddat causam sciencie sui dicti, hoc est quod dicat quomodo scit ea que dixit, vtrum per visum an per auditum uel per credulitatem uel per alia iudicia. secundo interrogandus est testis, quo anno, quo mense die et hora fuerint ea que dicit. tercio in quo loco fuerint. quarto qui fuerint presentes.

Si ad primam interrogacionem, videlicet de causa sciencie, testis testificetur de visu, si[4]) testis dixerit se vidisse quando predictus P mutuauit dicto R dictam peccuniam,[5]) tunc sunt alie interrogaciones necessario[6]) faciende,[7]) scilicet vtrum fuerit de auro uel argento peccunia illa quam sibi mutuauit.[8]) et si dixerit de argento, queratur vtrum[9]) in turonensibus grossis uel alia moneta, et vtrum connumerata fuerit dicta peccunia uel in sacculo tradita. et[10]) si numerata fuerit, quis eam connumerauit,[11]) et super quo numerata fuit, et vtrum dictus R — postquam sibi dicta peccunia fuit connumerata[12]) et tradita — aportauit[13]) eam secum, uel dimisit eam penes dictum P.

Si vero dictus testis respondeat de[14]) auditu, tunc statim est[15]) querendum conuenienter[16]) ab eo, a quo audiuit, uel[17]) sub qua forma audiuit, et quando, et si ab vno solo uel a pluribus.

Omnes interrogaciones premisse faciunt ad primum articulum.

Ad secundum faciunt et[18]) conueniunt iste. super secundo articulo querendum est primo[19]) de causa sciencie, quia hec interrogacio facienda est testi non super articulo set[20]) super eo omni quod dixerit. et si dixerit,[21]) se

1) In B wird gleich ohne rubrum fortgefahren.
2) B: *generales*.
3) A: *terter?*
4) Von *testis* an bis hieher fehlt in B.
5) B: *dictas c libras*.
6) B: *merito*.
7) A: *facientes*.
8) B: *utrum in peccunia de auro uel argento mutauit idem P dicto R dictas c libras*.
9) B: *in argento. utrum*.
10) B: *uel*.
11) B: *numerauit*.
12) B: *numerata*.
13) B: *exportauit*.
14) B: *ex*.
15) A: *al* mit dem abkürzungshäckchen durch das *l*.
16) In B fehlt *conuenienter*.
17) B: *et*.
18) In B fehlt *faciunt et*.
19) B: *primo ab eo qua*.
20) In B fehlt *super articulo set*.
21) In B ist *et si dixerit* ausgefallen.

interfuisse promissioni facte per dictum R de dicta peccunia restituenda, tunc faciende sunt testi iterato [1]) tres generales [2]) interrogaciones superius nominate, videlicet quo anno quo mense die et hora fuit facta dicta promissio, et in quo loco, et quibus presentibus, deinde sub qua forma verborum, videlicet que verba protulit ille [3]) qui promisit, et que ille [4]) cui facta fuit promissio.

Item querendum est, si ipse testis erat ibi,[5]) vtrum a casu fuerit in predictis,[6]) uel studiose ductus ut esset testis, et si ita [7]) simpliciter audiuit dictam promissionem fieri transeundo uel stando ibi.

Super tercio articulo, si dixerit famam esse de predictis, querendum est quomodo sciat hanc famam esse, et vbi [8]) dicta fama, et inter quos, et quales persone sint ille inter quas est dicta fama.

Et sic [9]) de omnibus circumstanciis super quolibet verbo [10]) est a testibus subtilissime veritas inquirenda.

Si autem articuli fuerint multi, quia non posset eorum affectus seu finalis intellectus in animo summarie conprehendi, necesse est ut quilibet articulus singulariter testibus perlegatur, et super quolibet dicat testis quod nouit, et quod fiant [11]) testibus omnes interrogaciones pertinentes ad dictum articulum antea quam ad alios transeatur. [12])

Et tunc notarius ita dicat.

δ. Super eodem.

Iacobus [13]) testis iuratus, lectis et wlgarizatis [14]) sibi singulariter articulis suprascriptis, super primo [15]) qui sic incipit: *intendit probare P* etc. dixit sic et sic.[16])

Postmodum interrogetur ut supra dixi. et sic de quolibet articulo est faciendum.

ε.

Et notandum, quod inconueniens modus est ille quem multi tenent dicentes: *Iacobus testis iuratus dicit,* [17]) *et inter-*

1) A: *in tantum?*
2) In B fehlt *generales.*
3) B: *processerunt ab illo.*
4) B: *ab illo.*
5) B: *item ad quid dictus testis erat ibi. querendum est.*
6) B: *interfuerit predictis.*
7) B: *testis uel non. ita.*
8) B: *ubi est.*
9) A: *sic fama.*
10) B: *quolibet articulo et super quolibet uerbo.*
11) B: *nouit quid fiat.*
12) B: *transeunt.*
13) B: *Nicholaus.*
14) A: *wlgaritatis.* B: *uulgualizatis.*
15) B fügt *articulo* bei.
16) B: *dixit quod sic.*
Hiezu bemerkt die feinere wie gröbere hand noch: *dictum articulum esse verum, ex eo quod quia vidit et audiuit et presens fuit etc.*
17) In B fehlt *dicit.*

rogatus super primo articulo qui talis est: i n t e n d i t p r o b a r e *etc. respondit sic et sic.* nam [1]) secundum istum modum interrogatur testis antequam quod[2]) aliquid ipse dicat, quod satis est incongruum, cum interrogaciones adaptande sint dicto testis, non dictum interrogacionibus,[3]) et notarius inuenire debeat interrogaciones [4]) ad dictum testis recipiendum exponendum et clarificandum, [5]) non testis dictum ad interrogacionem notarii sibi factam. [6]) vnde semper notarius debet testem facere dicere super articulo quidquid ipse scit anteaquam ipsum interroget. postmodum debet ipsum interrogare prout viderit expedire.

Est et alius modus quem multi tenent non solum incongruus set reprobandus omnino. scribunt [7]) enim dictum primi testis totaliter. postmodum dicunt[8]) de aliis testibus: *super tali articulo concordant cum primo teste.* et ita, si probatur articulus per omnes testes plenarie, non inuenitur scriptum nisi dictum vnius testis. [9]) et sic, si centum essent testes, dicta eorum non nisi vnius testis vigorem haberent, quia vbicumque dictum non concordat [10]) cum alio nil valet. ita tenet romana curia, reprobans illum modum.[11])

g. De interrogacionibus. [12])

Sunt quedam alie interrogaciones, que in fine testimonii consueuerunt fieri quasi regulariter omni testi, scilicet si attenet [13]) in aliquo uel est familiaris aut domesticus producentis.

Et si respondet quod attinet, queratur in quo gradu.

Item solet queri a teste, si ad eum spectat conmodum uel inconmodum ex re de qua agitur, et si fuit rogatus uel doctus ferre hoc testimonium, item si concordauit cum alio teste [14]) dicere vnum et idem.

Et alias interrogaciones faciat examinantis discrecio,[15]) quas persone[16]) testificanti et[17]) dicto ipsius et negocio de quo agitur viderit expedire.

1) B: *non.*
2) B: *modum. primo interrogauit quem.*
3) B: *dicto interrogacioni.*
4) In A fehlt *interrogaciones.*
5) B: *testis exponende.*
6) B: *interrogaciones sibi factas.*
7) A: *scribant.*
8) A: *dicant.*
9) Von *plenarie* an bis hieher fehlt in B.
10) B: *ubicunque dicit concordat.*
11) B: *reprobant illum.*
12) B fährt hier gleich ohne rubrum weiter.
13) B: *attinet.*
14) B: *concordat cum aliis testibus.*
15) A: *discrecionem.*
16) B: *quas et persone.*
17) In A und B fehlt *et.*

h.

Examinatis testibus, citari debet pars ad videndum attestaciones publicari secundum formam suprascriptam sub rubrica que dicit *citacio ad certum actum.* [1])

Et post illam citacionem publicantur[2]) testes. et datur terminus ad recipiendum copiam attestacionum, et ad dicendum contra testes et dicta eorum quidquid [3]) dicere volunt.

Que publicacio ita scribitur et terminus.

Publicacio testium et terminus ad dicendum contra attestaciones.[4])

Constitutis in iudicio coram domino archyepiscopo supradicto[5]) P actore et R reo predictis in termino eis dato ad deposiciones testium publicandas, idem dominus archyepiscopus de istarum[6]) parcium voluntate apparuit, et publicauit attestaciones testium premissorum, prefigens eidem R terminum peremptorium ab hodie ad[7]) xv dies proximos ad dicendum et dandum in scriptis contra dicta ipsorum testium uel[8]) contra personas eorum quidquid dicere uel dare voluerit. et interim ipsorum[9]) recipiat copiam, si ei videbitur expedire.

2.

Publicatis attestacionibus, si transacto termino nichil dicitur contra eas, consueuit dari terminus ad producendum omnia instrumenta acta et munimenta. qui terminus ita scribitur.

Terminus ad producendum instrumenta.

Coram reuerendo archyepiscopo supradicto[10]) conparentibus in iudicio P et B predictis, idem dominus archyepiscopus[11]) vtrique ipsorum ad producendum omnia instrumenta acta et munimenta quelibet[12]) causam ipsam qualitercumque tangencia hinc[13]) ad viii dies proximos peremptorium terminum assignauit.

1) In IV. 1. b. *o.* s. 629.
2) A: *citantur.*
3) B: *et quicquid.*
4) B: *publicatis dicta testium et terminus ad dicendum.*
5) B: *coram tali iudice.*
6) B: *idem iudex de ipsarum.*
7) B: *usque ad.*
8) B: *et.*
9) B: *de dictis ipsorum.*
10) B: *coram tali iudice.*
11) B: *P actore et R reo idem iudex.*
12) B: *ad.*
13) B: *usque.*

I.

Post quem terminum in causa conclusio solet sequi. que ita scribitur.

Conclusio in causa.

Comparentibus in iudicio coram domino archyepiscopo supradicto Iacobo et Arlotino procuratoribus supradictis, et [1]) renunciantibus hinc inde probacionibus omnibus in posterum faciendis, ambo procuratorio nomine dominorum suorum in hac causa voluntarie concluserunt.

K.

Quia [2]) concluso [3]) in causa et antea consueuerunt partes aliquando [4]) per viam conpromissi ad concordiam deuenire, [5]) idcirco de conpromisso ut [6]) ipsius forma aliquod est notandum.

a. Qui possunt arbitri esse in conpromisso et quando. [7])

Bonum est, scire notarium [8]) quod de causa matrimoniali et liberali (scilicet quando agitur de libertate alicuius) et criminali [9]) ex qua infamia subsequatur non potest in aliquem conpromitti.

Mulier, seruus, mutus, [10]) et mente captus esse arbitri prohibentur.

De causa vero spirituali et spirituali annexa non potest in laycos conpromitti.

Item sciat notarius, quod pena semper est in conpromissis omnibus apponenda.

Item, quod propter discessionem [11]) melius est in vnum uel in tres quam in duos arbitros conpromitti.

Hec autem simplici [12]) notario dicta de natura conpromissi sufficiant. cum sibi maiora occurrent, [13]) consulat sapientes.

b. Forma conpromissi de lite iam incepta.

In nomine domini amen.

Anno eiusdem a natiuitate etc. Petrus de Bononia [14])

1) B: *coram tali iudice P procuratore pro actore et R procuratore pro reo.*
2) B: *que.*
3) A: *conclusio*, wie ursprünglich B auch hatte.
4) In B fehlt *aliquando.*
5) B: *deuenerunt.*
6) B: *et.*
7) B: *de officio conpromissi.*
8) In B fehlt *notarium.*
9) B: *alicuius criminaliter.*
10) B: *mulier. surdus. mutus. seruus.*
11) B: *deffencionem.*
12) B: *in cimplici.*
13) B: *tibi maiora occurrerint.*
14) B: *P filius condam talis.*

ex vna parte et R ex altera, cum inter eos coram tali iudice super infrascriptis libellis ad inuicem litigarent, qui libelli sunt: *coram*[1]) *vobis reuerendo patre domino I etc. dicit*[2]) *et proponit P de Bononia contra R, dicens quod*[3]) — *cum ipse in tali ecclesia fuisset canonice institutus*, [4]) *et per annum et amplius pacifice possedisset eandem* — *dictus R pretextu cuiusdam* [5]) *presentacionis quam ad eandem ecclesiam asserit de se factam ipsum P de* [6]) *dicta ecclesia contra iusticiam auctoritate propria spoliauit* etc. — *ponatur totus tenor libelli. deinde dicatur* — que quidem R [7]) negans, prout narrantur, contra eundem P sub hac forma in modum reconuencionis agebat: [8]) *coram vobis venerando patre* [9]) etc. — *ponatur totus libellus*[10]) *reconuencionis. postmodum sic dicatur* — de litibus [11]) et controuersiis omnibus ad eas qualitercumque spectantibus ambo conmuniter et concorditer in venerabiles viros[12]) magistros C et D tamquam in arbitros arbitratores amicabiles conpositores et bonos viros conpromiserunt, [13]) promittentes vna pars alteri inter se inuicem et ipse partes ambe dictis arbitris et arbitratoribus et cuilibet eorum in solidum sollempnibus stipulacionibus hinc inde interuenientibus — *uel sic:* promittentes vna pars alteri inter se ad inuicem et ipse partes ambe [14]) mihi notario infrascripto stipulanti nomine et vice dictorum arbitrorum et cuiuslibet eorum in solidum — stare et parere ac integraliter obedire, et [15]) non conuenire de aliquo de iure et de facto aliqua racione uel causa omni eorum laudo uel arbitrio dicto, diffinicioni seu pronunciacioni, quod *uel* quam inter ipsos super premissis uel premissorum aliquo uel aliis qualitercumque ad ea spectantibus seu predictorum occasione [16]) emergentibus laudauerint dixerint pronunciauerint diffinierint seu arbitrati fuerint, semel uel pluries, cum scriptura uel sine scriptura, diebus feriatis et [17]) non

1) In A fehlt *coram*.
2) B: *libelli tales sunt. coram uobis tali iudice dicit.*
3) B: *P contra R quod.*
4) B: *ecclesia constitutus.*
5) B: *eiusdem.*
6) In B fehlt *de*.
7) B: *dicatur quicquid libellus. dictus R.*
8) B: *agat.*
9) B: *uobis iudice predicto.*
10) B: *totus tenor libelli.*
11) B: *ipsis litibus.*
12) A hat anstatt *in venerabiles viros* nur *inuenerunt.*
13) B: *unanimiter conpromiserunt.*
14) Von *et arbitratoribus* an bis hieher ist in A ausgefallen.
15) Von hier angefangen bis *arbitrio* einschliesslich fehlt in B.
16) B: *ecclesie.*
17) B: *uel.*

feriatis, sedendo uel stando, quomodocumque [1]) qualitercumque et vbicumque voluerint, iurum sollempnitate seruata et [2]) non seruata, partibus presentibus uel non presentibus, dum tamen citatis legittime, sub pena c marcarum [3]) argenti, inter se ad inuicem et ab [4]) ipsis partibus dictis arbitris et arbitratoribus et cuilibet eorum — *uel sic:* sub pena c marcarum argenti, inter se ad inuicem et mihi notario stipulanti — ut dictum est in singulis et pro singulis [5]) capitulis huiusmodi, cum [6]) refectione dampnorum et expensarum litis et extra, et obligacione bonorum omnium vtriusque partis, que pena tociens conmittatur quociens exigi posset. et ea soluta uel [7]) non, presens conpromissum [8]) et [9]) laudum super hoc ferendum nichilominus maneat in sua firmitate.

Actum in tali loco.

c. Conpromissio [10]) de lite non [11]) incepta.

Petrus de Bononia [12]) ex vna parte et R ex altera de lite et discordia seu controuersia inter eos exorta super canonicatu et prebenda talis ecclesie vacantibus [13]) olim per mortem eiusdem ecclesie canonici, quos canonicatum et prebendam idem P ad se de iure pertinere dicebat, dictus autem R dicebat [14]) ipsos canonicatum et prebendam non ad dictum P set ad se pleno iure pertinere debere, ambo in venerabiles [15]) viros magistros conmuniter et concorditer etc. *ut supra per totum.*

d.

Studeat notarius diligenter in conpromisso scribere omnia que sunt de substancia litis seu [16]) facti de quo conpromittitur, [17]) cum non possint arbitri seu arbitratores cognoscere nisi de hiis que in conpromisso fuerint nominata.

1) B: *quocunque modo.*
2) B: *iuris sollempnitate obseruata uel.*
3) B: *librarum.*
4) Von hier an bis *ad inuicem et* einschliesslich fehlt in A.
5) In B fehlt *et pro singulis.*
6) B: *huius conpromissi et laudo seu arbitrio super hoc ferendo in solidum stipulacione premissa et refectione.*
7) A: *et.*
8) A: *presentis conmissum.*
9) B: *uel.*
10) B: *conpromissum.*
11) In A fehlt *non.*
12) In B fehlt *Bononia.*
13) B: *uacantis.*
14) In A ist *dictus autem R dicebat* ausgefallen.
15) In A fehlt *ambo in venerabiles.*
16) B: *et.*
17) B: *conmittitur.*

L.

Viso de his que in processu causarum occurrunt scribenda notario, [1] restat ut de sentenciis aliquid annotetur.

a. Qualiter debeat notarius in sentencia seu laudo loqui. [2]

In sentencia, siue interlocutoria siue diffinitiua sit, [3] siue arbitrium siue laudum, semper loqui debet notarius id est formare sentenciam in personam[4] iudicis uel arbitri qui sentenciam debet ferre.

Preterea, quia sentencia ferri [5] debet iudice pro tribunali sedente, semper debet notarius de sessione[6] iudicis facere mencionem, ut in formis infrascriptis notabo.

Renunciamus igitur tam pro nobis quam pro nostris heredibus siue successoribus vniuersis excepcioni non dats non numerati precii vel soluti, renunciantes nichilominu- omnibus indulgenciis rescriptis litteris priuilegiis instrumentis a sede apostolica ab inperatoribus seu regibus quibuscumque vel ab aliis iudicibus aut quibuslibet hominibus inpetratis vel etiam inpetrandis, renunciantes quoque benei ficio restitucionis in integrum, omnique rei et legi per quam vel per que presens contractus instrumentum vel factum inpugnari possent in posterum vel etiam inpediri, renunciantes nichilominus omni iuris auxilio canonici vel ciuilis, mittentes eos ex nunc in corporalem possessionem bonorum omnium et iurium predictorum, fide data fideliter promittentes possessionem et vsum et omne ius bonorum vel possessionum predictarum predictis abbati et conuentui ab omnibus ad nos pertinentibus deffendere plena fide, eosdem nec per nos nec per aliquem alium nobis subiectum de iure vel de facto vllatenus offensuri.

Et vt eisdem, domino abbati et conuentui monasterii eiusdem, de satisfactione quod wlgo gewerschaft dicitur plenius caueatur, eisdem promittimus firmiter in hiis scriptis, sub ypoteca rerum nostrarum omnium ad hoc nos ipsis firmiter obligantes, quod — si bona vel possessiones ville predicte a quoquam hominum in parte vel in toto in quouis iudicio fuerint inpetita — nos ea ipsis quociens nos vel nostri heredes de hoc fuerimus requisiti sine dampno ipsorum quolibet absoluemus, de vicio et euictione ipsis cauentes fideliter in supradictis bonis et iuribus omnibus secundum terre conswetudinem et iuris prouincialis debitam racionem.

Datum etc.

8) Priuilegium capituli generalis super confirmacione paternitatis talis monasterii.

Nos frater .. abbas Cystercii totusque conuentus diffinitorum et abbatum capituli generalis etc. quod — cum quedam abbacia nostri ordinis . . propter onera debitorum contracta multis temporibus retroactis collapsa plurimum ad statum tam miserabilem deuenisset, quod licet conuentus dispersus fuisset per tot annos et amplius, minime respiraret, immo sublata videretur quodammodo facultas et fiducia resurgendi — venerabilis coabbas . . talis, cuius erat filia dicta domus, nec valens ei succurrere nec volens eius excidium sustinere, de consilio et pleno consensu venerabilium abbatum talium vna cum conuentu et patribus supradictis supplicauit precibus instantissimis et deuotis venerabili abbati tali et conuentui, vt propter deum et oracionis reuerenciam succurrere dignaretur domui desolate, sperans quod per ipsorum sollicitudinem ac vigilantem industriam resurgere posset aliqualiter dicta domus, si tamen manum apponerent efficaciter adiutricem.

Qua supplicacione moti, pietatis affectu abbas et conuentus talis manum apposuerunt, et primo anno omnia debita dicte domus currencia ad vsuras de pecunia eis mutuata liberaliter persoluerunt, et domum collapsam penitus in tali statu posuerunt, quod spes primitus sublata reuixit et domus resurgere iam incepit.

Quod videns pater talis, coram nobis in generali capitulo congregatis de consensu sui conuentus et patrum predictorum volens istis beneficiis aliqualiter respondere, renunciauit tam pro se quam pro suo conuentu et successoribus eorundem paternitati domus talis, quam pacifice et quiete domus talis longi temporis prescripcione habuerat et possederat ab antiquo, transferens eandem paternitatem cum omni iure quo ipse et domus sua eam habuerat, cum omnibus appendiciis et iuribus que ipsi conpetebant in dicta domo tali vel conpetere videbantur, renuncians nichilominus tam pro se quam pro suo conuentu pure simpliciter et precise omni iuris auxilio canonici vel ciuilis, beneficio restitucionis in integrum, et omni plane actioni per quam dicte paternitatis translacio siue pura donacio tam sollempniter facta in capitulo generali posset vel debeat inpediri aliqualiter vel infringi.

Cum igitur generale capitulum se consweuerit exhibere negociis graciosis et fauorabilibus graciosum, translacionem

donacionem domus talis ab abbate tali et conuentu factam abbati tali non solum concorditer approbamus, verum etiam a generali capitulo datam presentis scripti testimonio valituram in perpetuum confirmamus, inhibentes firmiter et districte auctoritate capituli generalis, ne aliqua persona ordinis[1]) hunc processum per diffinitiuam[2]) sentenciam ordinis approbatum audeat aliquatenus inmutare, aut monasterium super paternitate domus talis futuris temporibus aliqualiter perturbare.

In horum igitur euidens argumentum et noticiam pleniorem presentes litteras assignauimus supradicto abbati et conuentui tali, sigillo generalis capituli fideliter roboratas.

Datum etc.

9) Confirmacio super feodo empto.

Nos talis etc. quod — cum talis possessiones quasdam viris religiosis talibus, sana deliberacione prehabita, accedente voluntate et consensu expresso omnium quorum in hoc intererat consentire, pro quadam certa summa pecunie, quam et receptam in vsus suos vtiles conuertit, rite et racionabiliter vendidisset, neç in eosdem ius proprietatis possessionum earundem transferre libere potuisset, eo quod ipsas a nobis teneret titulo feodali — nos in anime nostre remedium et in laudem virginis gloriose contractum eundem ratum et gratum habentes, ipsumque plene et integraliter approbantes, eisdem (domino abbati et conuentui ac monasterio eorundem) predictas possessiones seu bona omnia et singula prenotata approprietauimus et tenore presencium approprietamus, recognoscentes simpliciter atque pure ipsa bona cum suis pertinenciis vsibus et iuribus quibuscumque nos predicto domino abbati plene et integre tradidisse proprietatis titulo perpetuo possidendas, ac in eosdem ex nunc omne ius proprietatis ac dominii pleno iure perpetuo transtulisse.

10) Confirmacio quorundam priuilegiorum et renunciacio super inpeticione quarundam possessionum.

Nos talis etc. quod — licet felicis recordacionis pater noster talis quasdam possessiones talibus vendidisset, nos tamen in ipsis bonis credentes nobis conpetere actionem — eisdem anno et die tali super eisdem possessionibus mouimus questionem.

1) Cod.: *cordis*. 2) Cod.: *diffinitam*.

Qua aliquanto temporis spacio sic pendente, tandem proborum virorum consilio mediante, acceptis ab eis lx libris hallensium monete dapsilis in pecunia numerata, quam et in vsus nostros vtiles nos recognoscimus expendisse, liti seu questioni eidem cessimus voluntarie libere simpliciter atque plene. contractum empcionis premisse dudum legittime vt premisimus celebratum ratum et gratum habentes, eum valiturum in perpetuum presentibus confirmamus, ita sane vt nil nobis aut nostris heredibus quibuslibet proprietatis possessionis dominii vtilitatis seruicii vsus aut iuris alterius cuiuscumque, quocumque nomine valeat conprehendi, in ipsis[1]) bonis penitus reseruemus, set iidem eas possideant cum omnibus suis iuribus proprietatis titulo[2]) pleno iure, questione prehabita eis per nos mota vel que moueri eis posset in posterum nobis vel nostris heredibus non obstante.

Datum etc.

11) Priuilegium super vendicione pensionis.

Nos frater talis etc. quod deliberacione matura et prouida preeunte, voluntate quoque et consensu omnium nostrum vnanimiter concurrente, talibus sororibus vterinis prouentus seu redditus omnes curie nostre talis pro x libris, quas et recepimus ab eisdem, rite et racionabiliter vendidimus, et vendendo nos ipsis daturos promisimus fideliter sine fraude pro tempore vite ipsarum tantummodo nomine pensionis cum fortuitis casibus, id est prout deo dante prouenerunt annuatim, ita sane vt — si, quod absit, anno aliquo racione depredacionis adustionis grandinis tempestatis vel alterius infortunii quod emerserit cuiuscumque curia predicta soluere non potuerit redditus debitos et consuetos — dampnum quod exinde in subtractione reddituum euenerit equanimiter debeant sustinere.

Porro altera earundem qualibet defuncta, medietas pensionis predicte ex tunc ad nostram ecclesiam libere reuertetur.

Ambabus vero viam vniuerse carnis ingressis, ex tunc ecclesia nostra ab omni pensione predicta penitus absoluta, ipsa pensio totaliter atque plene ad vsus nostros nostreque ecclesie redibit integre cum suis vsibus et vtilitatibus vniuersis.

Datum etc.

1) Cod.: *val. conpre. etiam ipsis.* 2) Im cod. fehlt *titulo*.

12) Priuilegium super collacione feodi censualis.

Nos frater etc. quod — cum tale predium, quod talis a nobis tenuerat titulo feodi censualis, per mortem illius nobis vacaret, *vel* per renunciacionem illius factam ad manus nostras voluntarie, et esset nobis libere absolutum — deliberacione sufficiente prehabita, tali suisque liberis et heredibus vniuersis ex certa sciencia contulimus, et conferimus per presentes, tenendum a nobis vtendum pariter et fruendum titulo feodi censualis, ita sane vt tam ipse C quam heredum seu successorum suorum quilibet qui in dicto feodo censuali sibi successerint in futurum in recognicionem nostre proprietatis vnam libram cere census nomine in festo tali nobis soluat in perpetuum annuatim.

Quod si in eodem festo vel infra octauam ipsius vel ipse C aut successorum suorum aliquis nobis non soluerit, vt est dictum, ex tunc lege pacti habiti predictum predium nobis sit penitus absolutum, ita vt nichil iuris ipsis remaneat in eodem.

Datum etc.

13) Recognicio super pecunia mutuata.

Nos frater etc. quod ad nostre peticionis instanciam diligentem talis amicus noster, motus propria pietate, summam c librarum nobis mutuauit in pecunia dapsili numerata.

Quam etiam pecuniam recipientes integraliter ab eodem, eam sibi restituemus et restituere tenebimur in festo tali proxime nunc venturo.

Quod si neglexerimus vel distulerimus adinplere, cum ab ipso de hoc fuerimus requisiti, ex tunc aput iudeos vel etiam christianos predictam summam pecunie recipiet ad vsuras. nosque tam ad sortem principalem pecunie prenotate, quam etiam ad excrescenciam vsurarum, ac ad omne dampnum et interesse quod eundem habere contigerit occasione eiusdem pecunie mutuate eidem erimus obligati.

Et ad hoc ipsi suisque heredibus fideliter exequendum nos nostrumque monasterium presentibus obligamus.

Datum etc.

14) Priuilegium super deposito.

Nos frater etc. quod vir honorificus talis, de nostra gerens fide confidenciam specialem, c libras hallenses tali die et tali loco in depositi nomine nostre[1]) fidei reconmisit.

1) In der handschrift ist *nostre* ausgefallen.

Quam etiam pecuniam recipientes in predicto librarum numero ab eodem, eam sibi restituemus et restituere tenebimur plena fide quandocumque de hoc per ipsum aut per certum suum nuncium fuerimus requisiti.

Testes vero presentacioni seu assignacioni huius depositi presentes aderant. hii sunt etc.

15) Priuilegium super vendicione et empcione.

Vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis E minister consules et scabini conmunitatis ciuium talis ciuitatis salutem et noticiam subscriptorum.

Notum facimus omnibus per presentes, quod H talis conciuis noster et B vxor eius in nostra presencia constituti, domum suam — *vel* vineam — in tali loco sitam ipsis proprietatis titulo attinentem domino abbati et conuentui talis monasterii pro c libris hallensium iam sibi traditis et solutis in pecunia numerata se recognouerunt, deliberacione matura preuia, ex certa sciencia rite et racionabiliter vendidisse, coram nobis corporali prestito iuramento, quod contra huiusmodi vendicionem seu quittacionem nunquam per se vel per alium iure hereditario racione dotis vel dotalicii[1]) seu alio quocumque modo non venirent in futurum, et quod in supradicta vendicione abbati et conuentui memoratis cauebunt de vicio et euictione, et liberabunt ab inpeticione qualibet iuxta terre conswetudinem et iuris prouincialis debitam racionem.

De qua etiam satisdacione seu garandia — quod wlgo gewerschaft dicitur — iidem H et B se et sua mobilia et inmobilia specialiter obligarunt, et suos heredes relinquunt eisdem abbati et conuentui et eorum monasterio obligatos, ad hoc quod — si dictam vineam, *vel* vendicionem predictam, ab aliquo vel aliquibus contingeret retrahi vel reuinci — in penam retractacionis contractus huiusmodi eidem conuentui erunt in c libras hallensium obligati, renunciantes iidem nichilominus coram nobis omni iuris auxilio canonici vel ciuilis et omnibus excepcionibus que dictis abbati et conuentui possent in facto isto vel contractu inito et legittime celebrato preiudicare aliqualiter vel nocere.

Prefata vero mulier specialiter et expresse confessa fuit publice coram nobis, quod hanc vendicionem approbabat et eidem consenciebat, mota propria ac spontanea voluntate, non coacta, et renuncians expresse priuilegio dotis

1) Cod.: *donarii.*

seu dotalicii, auxilio velleiani, et omni iuri pro mulieribus introducto quod dictis emptoribus nocere posset aliqualiter et mulieri predicte posset in hoc facto quomodolibet suffragari.

Datum etc.

16) Priuilegium super vendicione bladi et vini.

Vniuersis presentes litteras inspecturis Fridericus dei gracia episcopus ecclesie augustane salutem et fidem adhibere credulam subnotatis.

Notum facimus omnibus et singulis per presentes, quod H talis in nostra presencia constitutus recognouit, se rite et racionabiliter vendidisse pro c libris iam sibi solutis in pecunia numerata — prout ipse venditor est confessus — Ch tali x modios frumenti, *vel* carratas vini, ad mensuram de tali loco, de vinea sita in tali loco percipiendos annuatim de vino primo eliquato sine separacione vindemie, *vel* de blado quale crescit in predicta terra sine separacione bladi, ad percepcionem predictorum x modiorum integram atque plenam quamdiu dictus Ch vixerit nomine pensionis. post eius autem decessum dicta vinea, *vel* dicta terra, memorato H et eius heredibus erit integraliter absoluta.

Sane memorie conmendandum, quod dictus Ch aut ille qui dictam vineam tenebit ipsam vindemiare non poterit vel debebit, nisi prius hoc eidem H precedenti die duxerit intimandum.

Et si forte contingeret dictam vineam, *vel* dictam terram, non afferre tantum vini, *vel* bladi, quod ex ea solui non possint x modii prenotati, dictus H aut ille qui tenebit dictam terram tenebitur soluere Ch memorato emptori pro quolibet modio deficienti x solidos hallenses in pecunia numerata.

Et de hiis omnibus tenendis firmiter et fideliter adinplendis et de recta garandia seu solucione super hoc dicto Ch fideliter facienda sepe dictus H in manu nostra nomine iuramenti fidem prestitit corporalem.

Datum etc.

17) Priuilegium super recognicione debiti vel mutui.

Vniuersis etc. notum facimus, quod in nostra presencia constitutus Ch de tali loco canonicus publice recognouit, se debere et soluere teneri H tali c libras ex causa mutui

sibi facti. quam pecunie summam promisit se reddtiturum in tali loco dicto H die tali sine vlteriori dilacione aliqualiter concedenda.

Promisit etiam dictus Ch coram nobis, se restauraturum eidem H ex integro omnia dampna deperdita expensas et interesse, si que pro defectu solucionis predicte eum sustinere contigerit quoquo modo, stando et credendo super hiis omnibus eiusdem H simplici iuramento vel procuratoriis suis sine probacione alia qualicumque.

Insuper quantum ad premissa omnia et singula tenenda et fideliter adinplenda obligauit idem Ch specialiter et expresse bona sua vniuersa mobilia et inmobilia, presencia et futura, ecclesiastica et mundana, eidem H prenotato, renuncians expresse excepcioni non numerate pecunie, non tradite, non recepte, vel etiam non solute, renuncians nichilominus omnibus priuilegiis et indulgenciis et litteris apóstolicis et aliis generalibus et specialibus inpetrandis vel etiam inpetratis, omnibus excepcionibus realibus et personalibus, loci et temporis, facti et iuris canonici et ciuilis, et omnibus que possent obici contra hoc instrumentum vel factum.

Omnia et singula supradicta promisit dictus Ch coram nobis corporali prestito iuramento firmiter tenere et fideliter adinplere, et nulla de causa per se vel per alium contrauenire quomodolibet in futurum.

In cuius rei etc. Datum etc.

18) Priuilegium super collacione beneficii ad prebendam.

Fridericus dei gracia episcopus talis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presentem litteram inspecturis salutem et plenam noticiam omnium subscriptorum.

Exposcit inter alia debitum officii pastoralis, vt ea que ad sacre religionis fomentum ac diuini nominis cultum pertinere noscuntur nostre promocionis ac procuracionis studio recipiant incrementum.

Ea propter scire volumus vniuersos presencium inspectores presentes pariter et futuros, quod — cum ius patronatus ecclesie talis nostre dyocesis iam pridem in venerabiles et in Christo dilectos dominum . . abbatem et conuentum monasterii talis ordinis talis predicte nostre dyocesis per donacionem simplicem et sollempnem domini . . talis iusto donacionis titulo rite et legittime sit translatum, vt

ex translacione huiusmodi idem abbas et conuentus amplioris vtilitatis conmodum ac conmoditatis vberioris assequantur effectum — ob religionis fauorem quem principaliter attendimus in hac parte, et nichilominus ob amorem specialem quo ipsum locum et personas prosequimur ex affectu, de voluntate consilio et assensu vnanimi tocius nostri capituli et concordi, interueniente quoque sollempnitatis contractu qui in talibus interuenire consweuit, predictam parrochialem ecclesiam talem cum vniuersis suis fructibus decimis prouentibus obuencionibus et attinenciis quibuscumque quesitis et inquirendis eidem domino abbati et conuentui ac per eos monasterio suo in perpetuos vsus prebendarum suarum donacione sollempni donauimus ex nunc plene et simpliciter ac donamus, concessimus ac concedimus, tradidimus et tradimus, tenendam vtendam pariter et fruendam perpetualiterque regendam in temporalibus ac pacifice possidendam, saluo tamen eiusdem parrochie nunc rectori in omnibus et per omnia iure suo, cui ex huiusmodi donacione nostra nullum in vita sua preiudicium volumus generari.

Hanc insuper condicionem in ipsa donacione interposuimus per presentes inuiolabiliter obseruandam, vt videlicet — postquam ipsa parrochia vacare ceperit ab eodem — ex tunc dominus abbas et conuentus predicti monasterii nobis deinceps et nostris successoribus ad eandem ecclesiam presentent ydoneum clericum secularem pro perpetuo vicario instituendo ibidem et inuestiendo cura debita animarum, cui etiam perpetuo vicario de prouentibus eiusdem ecclesie porcionem assignent adeo conpetentem, de qua iura episcopalia et archydiaconalia exsoluere et hospitalitatem seruare et honorifice valeat sustentari.

Et in horum omnium robur et euidens testimonium presentem litteram eidem abbati et conuentui ac eorum monasterio dedimus, sigillorum nostri ac nostri capituli munimine roboratam.

Nos vero . . prepositus . . decanus totumque capitulum . . ecclesie prelibatum recognoscimus, hec omnia vt prescriptum est sic veraciter se habere: et in ipsius veritatis euidenciam hanc presentem litteram sigilli nostri caractere ex certa sciencia fecimus roborari.

19) Indulgencia pape vel episcopi generalis.

H dei gracia episcopus talis ecclesie vniuersis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis salutem in domino.

Quoniam, vt ait apostolus, omnes astabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus, siue bonum fuerit siue malum, oportet nos diem messionis extreme misericordie operibus preuenire, ac eternorum intuitu seminare in terris quod reddente domino cum multiplicato fructu in celum recolligere debeamus, firmam spem fiduciamque tenentes, quoniam qui parce seminat parce et metet, et qui seminat in benedictionibus de benedictionibus metet vitam eternam.

Cum igitur ad sustentacionem fratrum et egenorum confluencium ad tale hospitale — *vel sic:* cum .. tales monasterium inceperint opere sumptuosum, nec ad consummacionem ipsius proprie suppetant facultates — vniuersitatem vestram monemus rogamus et hortamur in domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus de bonis vobis a deo collatis eisdem caritatis grata subsidia conferatis — *vel* erogetis, *vel* per subuencionem vestram ipsorum inopia subleuetur — et vos per hec et alia bona que domino feceritis inspirante ad eterna possitis gaudia peruenire.

Nos enim vere penitentibus et confessis qui eidem hospitali pias elemosinas et grata subsidia contulerint — *vel sic:* ad predictum opus manum porrexerint adiutricem — de omnipotentis dei misericordia et beatorum apostolorum[1]) Petri et Pauli auctoritate confisi, xl dies terminalium de iniuncta sibi penitencia misericorditer relaxamus; insuper vota fracta, si ad ea redierint, offensas patrum et matrum sine manuum iniectione, transgressiones iuramenti et fidei sine proximi lesione; adicientes quod omnes indulgencias — quas pro eodem hospitali reuerendi patres quicumque archyepiscopi vel episcopi, graciam sedis apostolice habentes, duxerint faciendas — gratas et ratas habebimus et habemus.

20) Alia indulgencia.

Fridericus dei gracia episcopus etc.

Licet is, de cuius munere venit vt sibi a fidelibus suis digne et laudabiliter seruiatur, de habundancia pietatis sue, que merita supplicum excedit et vota, bene seruientibus multo[2]) maiora retribuat quam valeant promereri, nichilominus tamen desiderantes domino reddere populum accepta-

1) In der handschrift fehlt *apostolorum.*

2) Cod.: *multa.*

bilem, fideles Christi ad conplacendum ei quasi quibusdam illectiuis muneribus[1]) — indulgenciis scilicet et remissionibus — inuitamus, vt exinde reddantur diuine gracie apciores.[2])

Cupientes igitur, vt ecclesia *vel* locus[3]) talis congruis honoribus frequentetur, omnibus vere penitentibus et confessis qui locum talem *vel* ecclesiam . . die dedicacionis *vel* die anniuersaria dedicacionis *vel* die talis sollempnitatis venerabiliter visitauerint[4]) annuatim de omnipotentis dei etc.

21) Indulgencia episcopi.

A dei gracia episcopus talis vniuersis etc.

Cum tales, abbas et fratres religionis talis, ad edificacionem talis operis in tali loco intendant, et tante edificacionis sumptibus propter alia pietatis opera eisdem proprie non suppetant facultates, nos tam pii etc.

22) Forma littere dimissorie.

Vniuersis Christi fidelibus ecclesiarum prelatis, ad quorum audienciam presentes littere peruenerint,[5]) talis episcopus salutem in domino.

Sanctorum patrum instituta seruantes, B portitori *vel* latori[6]) presencium, quem ad talem ordinem promouimus, litteras dimissorias concessimus postulanti, pro ipso testimonium perhibentes quod litteratus sit pariter et honestus.

Vnde caritatem vestram rogamus et exhortamur in domino, vt — cum dictus B ad vos venerit — eum vti officio libere permittatis, super inpeticione sui ordinis ei nullum obstaculum opponentes.

23) Alia littera dimissoria.

Vniuersis ecclesiarum prelatis, ad quos presentes littere peruenerint, talis episcopus salutem in domino.

Vniuersitati vestre M, latorem presencium, virum prouidum et honestum, quem ad talem ordinem promouimus in tali loco et tali anno et die, conmendantes etc.

1) In der sammlung, welche in der vorauer handschrift nach s. 723 dem baumgartenberger formelbuch angehängt ist, ist diese indulgenz unter num. 2 aufgenommen. sie liest hier: *allectiuis premiis.*

2) Ebenda fehlt dieser schlusssatz von *vt* an.

3) Ebenda fehlt *vel locus.*

4) Ebenda lautet diese stelle: *uere confessis et contritis qui monasterium tale dedicationis tempore accesserint,* worauf nur mehr *etc. datum et actum etc.* folgt.

5) Cod.: *peruenerunt.*

6) Cod.: *portitorem vel latorem.*

Vltima pars libelli huius, in qua agitur de ordine iudiciario.

1) Procuratorium.

Honorabilibus viris et in Christo dilectis . . iudicibus curie talis loci frater . . abbas et conuentus talis cum affectu dilectionis sincere veritatem et iusticiam iugiter exercere.

Prouidenciam vestram scire volumus per presentes, quod nos in causa, que inter nos ex vna et . . talem ex parte altera vertitur, fratrem . . exhibitorem presencium, nostrum monachum sacerdotem, nostrum procuratorem constituimus in solidum et facimus per presentes, dantes ei auctoritate presencium plenam et liberam facultatem in causa predicta pro nobis agendi, deffendendi, excipiendi, replicandi, paciscendi, transigendi, iuramentum in animas nostras de calumpnia prestandi, et omnia alia generaliter faciendi — etiam si mandatum exigant speciale — que verus et legittimus potest et debet facere procurator, vel que ei concessa sunt a canone vel a iure, dantes ei nichilominus liberam facultatem alium pro se substituendi procuratorem, et illum quociens ei visum fuerit inmutandi, et mandatum idem ad se quociens voluerit reuocandi.

Et vt tam ipse quam substitutus ab eo quilibet in premissis omnibus et singulis premissorum a satisdacionis onere releuentur, promittimus sub ypoteca rerum nostrarum omnium pro ipso vel substituto ab eo iudicio sisti et iudicatum solui, si necessitas id exquiret.

Et in horum omnium testimonium presentem litteram sigilli nostri etc.

Datum etc.

2) Aliud procuratorium.

Vniuersis Christi fidelibus etc. abbas talis salutem in domino.

Notum facimus, quod talis in nostra presencia constitutus talem procuratorem suum constituit in causis motis et mouendis contra quascumque personas ecclesiasticas vel etiam seculares coram quibuscumque iudicibus ordinariis, delegatis, subdelegatis, arbitris seu arbitratoribus, conseruatoribus, seu etiam aliis iudicibus quibuscumque, dans ei plenariam potestatem, et mandatum speciale iurandi in animam eius de calumpnia, et de veritate dicenda, et cuiuslibet generis alterius iuramentum faciendi, ponendi, respondendi, excipiendi, transigendi, negandi, testificandi, et si viderit expedire in arbitros conpromittendi, expensas petendi et easdem[1]) cum fuerint adiudicate recipiendi, et omnia faciendi, que cum legittimo procuratore possunt fieri seu etiam experiri, dando eidem mandatum speciale alium procuratorem constituendi vel substituendi in iudicio vel extra quocienscumque voluerit et sibi viderit expedire, promittens sub ypoteca rerum suarum iudicatum solui si necesse fuerit, ratum et gratum habiturus quidquid dictus procurator vel ab eo substitutus in omnibus predictis et singulis egerit vel fecerit seu etiam nomine suo duxerit procurandum.

Datum etc.

3) Procuratorium generale.

Nos frater etc. recognoscimus et constare volumus presencium inspectoribus vniuersis, quod nos fratrem talem, monachum et officialem talem domus nostre, latorem presencium, procuratorem nostrum constituimus, sindicum et actorem et nuncium[2]) specialem in omnibus causis motis et mouendis tam pro nobis et hominibus nostris quam contra nos et homines nostros coram quibuscumque iudicibus ordinariis, delegatis, subdelegatis, arbitris, conseruatoribus, baliuis, prepositis maioribus, seu etiam coram aliis iudicibus quibuscumque tam ecclesiasticis quam secularibus, aduersus quascumque personas tam ecclesiasticas quam etiam seculares, aduersus conmunitates et collegia quecumque tam ecclesiasticarum quam secularium personarum, dantes eidem tali procuratori nostro plenariam potestatem, et speciale mandatum agendi pro nobis, deffendendi nos, reconueniendi aduersarios, litem siue lites contestandi, iurandi in animas nostras de calumpnia, de veritate dicenda, et de expensis, et subeundi cuiuslibet generis iuramentum, vel te-

1) Cod.: *eosdem.* 2) Cod.: *nuncialem.*

stimonium suscipiendi, debita et expensas recipiendi quociens nobis adiudicate fuerint, ponendi, respondendi posicionibus partis aduerse vel parcium aduersarum, conponendi, conpromittendi, transigendi, interlocutorias ac diffinitiuas sentencias audiendi, alium procuratorem vel procuratores loco sui substituendi, vel substitutos renouandi, errorem substituti vel substitutorum reuocandi quociens voluerit et sibi viderit expedire, et omnia et singula ad nos et ad monasterium nostrum siue ad homines nostros spectancia faciendi que faceremus si presentes essemus, ratum et gratum pariter habituri quidquid per predictum N seu substitutum vel substitutos ab ipso factum fuerit in premissis seu in aliquo premissorum, promittentes sub ypoteca rerum monasterii nostri si necesse fuerit iudicatum solui.

Et hoc omnibus iudicibus et partibus aduersis tenore presencium intimamus.

In cuius rei testimonium presenti procuratorio sigillum nostrum duximus apponendum.

4) Forma citacionis.

Frater talis abbas talis loci, iudex vnicus a sede apostolica delegatus, dilecto in Christo tali plebano — *vel* presbytero talis loci — salutem in domino.

Auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, vobis precipiendo mandamus firmiter et districte, quatenus citetis coram nobis apud talem locum ad diem talem post festum talis sancti H de tali loco, domino . . domino preposito et conuentui debite responsurum, certificantes eundem H, quod — siue venerit siue non — diffinitiuam sentenciam dicta die per dei graciam proferemus.

Datum anno etc.

Reddite litteras sigillatas cum sigillo vestro, mandato nostro executo.

5) Alia citacio.

Frater talis — *vt supra* — omnibus presbyteris ad quos presentes littere peruenerint salutem in domino.

Auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, vobis in virtute sancte obediencie precipiendo mandamus firmiter et districte, quatenus — quociescumque a latore presencium fueritis requisiti — citetis ad diem conpetentem, *seu* ad dies conpetentes, omnes illos quos lator presencium vobis duxerit nominandos.

Datum etc.

6) Forma exconmunicacionis citati pro contumacia.

Frater H — *vt supra* — plebano tali salutem.

Quia H talis, citatus peremptorie per vos de nostro mandato auctoritate apostolica ad instanciam talis, vt conpareret ad diem talem coram nobis, non venit, nec pro se misit sufficientem vel ydoneum responsalem, predicto tali prout debuit expectante, auctoritate qua fungimur vobis precipiendo mandamus, quatenus eundem[1] H — quem sua contumacia exigente in hiis scriptis exconmunicamus — exconmunicatum a nobis publice nuncietis, facientes eum ab omnibus Christi fidelibus arcius euitari.

7.

Hec exconmunicacio fit in non veniente.

Si autem venerit, et non obedierit, vel minus tempestiue recesserit, exconmunicabitur similiter. et ita mandabitur, salutacione premissa:

Quia talis die tali ad quam citatus fuit etiam ad instanciam talis nostris mandatis noluit obedire, *vel* minus tempestiue recessit, vnde et ipsum contumacem non inmerito reputantes, auctoritate qua fungimur, *vt supra.*

8) Alia forma exconmunicacionis.

Frater talis, *vt supra.*

Quia talis, de mandato nostro auctoritate apostolica per vos citatus ad instanciam talis ad talem diem, ad ipsam diem non venit, nec pro se misit ydoneum responsalem, C contra eum prout debuit expectante, ipsum amoneatis vt infra octo dies post recepcionem presencium litterarum nobis de contemptu et parti aduerse de expensis satisfaciat conpetenter.

Alioquin ipsum, quem ex nunc prout ex tunc in hiis scriptis exconmunicamus, exconmunicatum publice nuncietis, ipsum nichilominus citantes tali die, coram nobis C tali debite responsurum.[2])

9.

Si autem ipse exconmunicatus in ipsa exconmunicacione perseuerauerit, tunc — xl diebus elapsis — potest ipse iudex ipsam sentenciam aggrauare in hunc modum.

Aggrauacio sentencie exconmunicacionis.

Salutacione premissa, scribit iudex delegatus plebano predicto:

1) Cod.: *eidem.* 2) Cod.: *responsurus.*

Si denunciastis H talem exconmunicatum de mandato nostro auctoritate apostolica ad instanciam talis pro contumacia sua, et vobis constiterit ipsum dictam sentenciam per xl dies sustinuisse animo indurato, quia crescente eius contumacia crescere debet et pena, auctoritate apostolica, qua fungimur in hac parte, vobis mandamus, quatenus ipsum singulis diebus dominicis et festiuis candelis accensis pulsatis campanis exconmunicatum a nobis publice nuncietis, inhibentes ne quis cum eo scienter participet sub pena exconmunicacionis vinculi memorati.

Datum etc.

10.

Postmodum crescente contumacia potest inhibere, ne quis furno molendino fabrica vel quocumque alio casu aut alterius generis mercimonio audeat participare cum eo scienter, eius vxorem et familiam predicte sentencie nichilominus supponendo.

Et si in profundo malorum perstiterit, potest adicere: nisi infra quindenam absolucionis sue litteras a nobis reportauerit, vxorem et familiam eius nec non et omnes cum eo participantes exconmunicetis loco nostri et exconmunicatos publice nuncietis.

11.

Aliquando autem contingit, quod reus post xl dies perseuerat in contumacia sua. et tunc iudices scribere debent episcopo, vt eum etiam conpellat per brachium seculare, si necesse fuerit.

Et debent scribere in hunc modum.

Littera ad episcopum, vt conpellat satisfacere reum per brachium seculare.

Reuerendo patri ac domino tali episcopo deuoti sui tales iudices ordinarii *vel* delegati salutem cum reuerencia et honore, obsequiose voluntatis promptitudinem ex affectu.

Paternitatem vestram scire volumus, quod nos auctoritate domini pape qua fungimur — *vel si sint ordinarii, sic dicant*: quod nos — in causa que vertitur inter A ex vna et B ex altera parte legittime procedentes, dictum B propter suam contumaciam primo ab ingressu ecclesie, *si est ecclesiastica persona,* nos noueritis suspendisse, postea ob iteratam contumaciam suam exconmunicacionis ipsum vinculo innodasse.

Et quia iam per xl dies et eo amplius in sua temeritate perdurans in eadem sentencia incorrigibilis perseuerat,

paternitati vestre supplicamus, attencius exhortantes quatenus ob reuerenciam domini pape — *si sit delegatus, vel si sit ordinarius:* intuitu iusticie — manus vestras apponatis, *vel* preces vestras inter partes interponere velitis, vt fauorabiliter concordentur.

12.

Si autem citatus ad diem venerit, dabitur ei libellus. Cuius forma talis erit.

De forma libelli.

Proponit A in iure contra B, quod ipse mutuauit c libras tali die, quas debebat ei soluere ad talem diem.

Et quia non soluit requisitus, petit a vobis, domine iudex, ipsum condempnari sentencialiter sibi ad soluendam pecuniam supradictam.

Petit etiam dampna deperdita, que sustinuit occasione dicte pecunie non solute, que estimat ad valorem xxx solidorum. in quibus petit ipsum similiter condempnari.

Hec dicit et petit, saluo sibi iuris beneficio in omnibus, protestans de probando quod sibi sufficiat de premissis, et expensis factis in lite et etiam faciendis quas[1]) suo etiam tempore declarabit.

Huic libello respondendum est tali die.

Datum etc.

13) Memoriale ad omnes excepciones proponendas.

Anno domini etc. die tali assignata est dies talis contra talem ad deliberandum super peticione siue libello auttentico dicto B.[2])

Dicta die proposuit talis coram nobis tales excepciones que sic incipiunt et sic terminantur.

Quibus actis assignauimus dictis partibus diem talem ad proponendum omnes excepciones dilatorias ipso die. *vel sic:* dies talis est assignata contra talem ad proponendum omnes excepciones dilatorias contra eum.

Actum anno etc. die etc.

14.

Dehinc post excepciones tales ponende sunt posiciones.

1) Cod.: *quos*.

2) Der text der handschrift scheint uns hier unvollständig zu sein, indem nur noch folgt: *quorum copiam idem A.*

Memoriale ad ponendum omnes posiciones.

Anno domini etc. die tali coram nobis tali loco et tali die assignata contra talem ad faciendum posiciones hinc et inde et responsiones ad easdem, hinc et inde posicionibus factis et responsionibus ad eas, assignauimus dictis partibus diem talem ad probandum intencionem suam hinc et inde.

Datum etc.

15.

Aliquando assignatur dies ad probandum primo, deinde ad probandum secundo et tercio, quarto cum sollempnitate iuris.

Vnde potest sic formari.

Memoriale ad probandum.

Anno domini etc. die tali assignata talibus ad probandum primo, ex parte talis fuerunt duo testes producti, qui diligenter fuerunt examinati, quorum nomina sunt hec C et D. ex parte vero altera fuerunt tres producti, et similiter diligenter examinati, quorum nomina sunt hec F G et I.

Quibus actis ad probandum secundo assignauimus partibus talem diem.

Datum etc.

Et eodem modo possunt fieri memorialia tercio et quarto.

16) Memoriale ad audiendam sentenciam diffinitiuam.

Anno domini etc. die tali assignata contra talem ad dicendum in testes et dicta testium hinc et inde — *vel sic:* ex parte tali partibus in nostra presencia constitutis — auditis etiam que partes voluerunt proponere tam contra testes quam contra dicta testium, etiam redactis in scriptis, ab vtraque parte fuit omnibus allegacionibus renunciatum, et etiam in causa conclusum.

Quibus actis assignauimus dictis partibus talem diem ad diffinitiuam sentenciam audiendam.

Datum etc.

17.

Item aliquando datur dies ad dicendum in testes et dicta testium primo secundo tercio, secundum quod iudici videbitur expedire.

18) Forma sentencie diffinitiue.

In nomine patris et filii etc.

Anno domini etc. petente in iure coram nobis E tali a parte tali quandam domum in tali loco sitam, que ad ipsum pertinet iure hereditario eo quod fuerat patris sui vt dicebat, dicto P hoc negando litem legittime contestando, iurato hinc et inde de calumpnia, posicionibus[1]) factis et responsionibus ad eas, testibus ex parte E ad suam intencionem fundandam productis, legaliter receptis, et prudenter examinatis, publicatis attestacionibus et diligenter inspectis, racionibus et allegacionibus plenius intellectis, omnibus rite peractis, ordine iudiciario in omnibus et per omnia obseruato, consideratis omnibus que nos mouere poterant et debebant, die assignata ad audiendam sentenciam diffinitiuam, partibus presentibus et sentenciam instanter petentibus, conmunicato bonorum virorum et iuris peritorum consilio, per diffinitiuam sentenciam adiudicauimus predicto E domum predictam, contra P superius nominatum eidem E in x libras hallensium pro expensis in lite P iuratis primitus a nobis taxatis sicut moris est per eandem sentenciam condempnantes. *vel sic:* E per eandem sentenciam questionem expensarum reseruantes.

Datum etc.

19) Forma execucionis sentencie.

Tales iudices a domino papa delegati tali ordinario salutem.

Quia de bonorum virorum et iurisperitorum consilio, auditis racionibus vtriusque partis, rem de qua inter tales controuersia vertebatur tali iudicauimus pacifice possidendam, mandamus vobis firmiter et districte, quatenus eundem auctoritate nostra exconmunicacionis vinculo innodetis, si nostre sentencie non paruerit memorate.

Datum etc.

20) De appellacionibus.

a.

Quoniam autem quandoque grauantur partes per iudices, propter hoc aliquando necessarie sunt appellaciones. vnde si appelletur[2]) *ab interlocutoria, debet appellacio sic formari:*

Ego Johannes de tali loco clericus, senciens me grauatum ab interlocutoria a vobis, domine iudex, anno domini

1) Cod.: *racionibus.* 2) Cod.: *appellentur.*

etc. die tali pro R de tali loco in tali causa lata, non obstantibus excepcionibus que sic terminantur, sedem apostolicam in hiis scriptis appello, et apostolos instanter peto, me et causam meam subiciens protectioni sedis apostolice speciali.

b.

Et si denegentur apostoli, tunc debet appellare et dicere: quia negatis mihi apostolos, appello ad sedem eandem.

Et debent adduci tunc testes in presencia judicis, coram quibus fiet appellacio.

c) Forma appellacionis a sentencia diffinitiua.

Quia vos, domine judex, iniquam sentenciam diffinitiuam protulistis contra me pro tali C, ego A ad eam sentenciam diffinitiuam tamquam iniquam appello sedem apostolicam in hiis scriptis, et apostolos peto, et inuoco testes appellacionis mee. *quos nominabit.*

Et fuit facta predicta appellacio tali die et mense, loco tali, et assistentibus predictis.

d) Forma apostolorum.

Postmodum iudex, si velit deferre appellacioni interposite, sic poterit dicere, si sit appellatum ad papam:

Sanctissimo patri ac domino suo in Christo karissimo, in dei gracia romane et vniuersalis ecclesie summo pontifici, talis ab episcopo delegatus deuotissima pedum oscula beatorum.

Cum talis ab interlocutoria — *vel* diffinitiua — sentencia a nobis lata tali die ad vestre sanctitatis audienciam appellasset, eidem appellacioni ob reuerenciam sedis apostolice duximus defferendum, et ipsum ad apostolicam sedem quam appellauit cum hiis apostolis destinamus, ab obseruacione nostri iudicii ipsum libere dimittendo.

21) Conmissio legacionis.

Si autem delegatus conmittere voluerit vicem suam alteri, sic scribet:

Frater talis, iudex a sede apostolica delegatus, tali canonico salutem in domino sempiternam.

Quoniam pluribus et arduis negociis nostris et nostre ecclesie inpediti cognicioni cause *seu* causarum, quam *vel* quas mouet *vel* mouere intendit coram nobis auctoritate apostolica coniunctim *vel* separatim H talis dyocesis contra C talem talis dyocesis, ad presens vacare non possumus vt vellemus, vobis ipsam *seu* ipsas conmittimus audiendas, diffini-

cione vel denunciacione dicte cause *seu* dictarum causarum nobis[1]) reseruatis, ita tamen quod quandocumque nobis placuerit ipsam *seu* ipsas ad nos possimus libere reuocare. In cuius rei testimonium etc.

22) De conpromissionibus et arbitris.

a.

Quia quandoque lites per conposiciones et arbitria finem sorciuntur, ideo[2]) in fine huius operis de conpromissionibus et arbitris aliquantulum discuciamus.

Primo videndum est, quid sit conpromissio, et quid arbitrium.

Conpromissio est, in pronunciacione alicuius vel aliquorum super aliqua questione proposita pro bono pacis assensu mutuo consentire.

Arbitrium vero debet vallari sacramento prestito, vel fide interposita, vel apposicione pene. item terminus debet prefigi, infra quem debet arbitrium terminari. vltra quem non conpellitur quis stare arbitrio,[3]) si infra terminum non fuerit arbitrium promulgatum.

b) Forma conpromissionis in arbitros.

Anno domini etc. *vel sic:* Noueritis vniuersi presentes litteras inspecturi, quod — cum inter talem et talem talis questio verteretur — sub hac forma et condicione illa quod omnibus controuersiis vel contencionibus quas inter se habebant vel habere poterant vsque in hodiernum diem contemplacione istius questionis, non coacti set spontanea voluntate, conpromiserunt pro se et heredibus suis in nos tales et tales tamquam in arbitros, arbitratores, conpromissarios, *seu* in arbitros et amicabiles conpositores, vt nos supra predictis controuersiis procedere possimus, iuris ordine obseruato vel non seruato, de plano vel equo, prout voluerimus secundum quod estimacioni nostre conpromiserunt, et vt penitus possimus examinare et cognoscere prout nobis visum fuerit expedire, terminare, punire litigatorum contumaciam ordinarie vel extraordinarie prout nobis melius visum fuerit, et citare partes ad quamcunque partem vel ad quemcunque locum voluerimus, diebus feriatis et non feriatis, sedendo, stando, omni loco, vtroque presente, altero presente, et quod arbitrari possimus semel et pluries, et sentenciam nostram interpretari et corrigere si opus fuerit, et vt possimus pronunciare in scriptis vel sine scriptis prout nobis videbitur faciendum, et vt altero nostrum vel

1) Cod.: *vobis.*
2) Cod.: *idem.*
3) Cod.: *arbitria.*

duobis absentibus possit maior pars si superfuerit presens omnia ordinare, promittentes nobis predictis arbitris pro se et heredibus suis ambe partes sub pena c librarum, quod in super dictis contencionibus nostro arbitrio siue ordinacioni nostre obtemperabunt, et quod in nullo contrarientur vel conuenient de iure vel de facto vel opere vel verbo per se vel per interpositam personam, et quod nichil conmittent quod sit contra promissum, et quod nullum priuilegium contra promissum inpetrabunt, nec aliquam allegabunt excepcionem, nec opponent nec vtentur beneficio alicuius iuris canonici vel ciuilis.

c. Item de eodem.

Anno domini millesimo etc. nos talis notum esse volumus, quod — cum inter tales ex vna et talem ex parte altera super silua tali controuersie quedam seu dissensionis materia verteretur, ex eo quod in eadem silua succisis arboribus et etiam exstirpatis quedam noualia facere vellet, terramque ipsam ad culturam vertere intendebat, predictis talibus se opponentibus et dicentibus ex aduerso, quod (cum in ipsa silua ius eis conpeteret ligna videlicet succidendi et alia faciendi que sua necessitas postularet) premissa nequaquam posse fieri sine graui preiudicio iuris sui — tandem vero in nos tamquam in arbitros arbitratores seu amicabiles conpositores super questione huiusmodi sopienda communiter conuenerunt et conpromiserunt concorditer dicte partes, sub pena tali se quod nostro starent et cum affectu parerent arbitrio fideliter obligantes.

Nos igitur inter ipsos ob pristine pacis et concordie vnionem recepto in nos huiusmodi conpromissionis arbitrio, auditis allegacionibus, examinatis diligenter et discussis iuribus parcium que ex instrumentis — donacione, longi temporis prescripcione, seu quocumque alio modo — ipsis conpetebant seu conpetere videbantur, conmunicato prudentum virorum consilio, arbitrando seu amicabiliter conponendo pronunciauimus statuimus et diffiniendo decreuimus seu ordinauimus, vt predicti tales in predicta silua circa succisionem lignorum ac pastum pecorum quam etiam alia suis necessitatibus oportuna quiete ac libere gaudeant illo iure perpetuo et vtantur quo actenus vsi fuerunt, ipsum quoque possessionis modum et vsum — salua eis prescripcionis continuacione — pacifice teneant, quemadmodum talem progenitores ex longa et antiqua consuetudine tenuerunt.

Ne igitur super isto arbitrio promulgato et decisione litis alicuius dubitacionis scrupulus oriatur, presentes etc.

Anhang.

Register über den dritten theil unter anfügung der numern und der seitenzahlen unseres abdruckes, wobei nur zu bemerken ist, dass 1. 21. 54. und weiter 87. 88. sich in dasselbe nicht aufgenommen finden.

Tituli ad apostolicas que in premissis correctoriis poterunt inueniri.

Pape de occiso abbate conqueritur a conuentu . . .	2	855
Abbas eidem scribit quod hereses pullulant in vicina[1]) ecclesia	3	856
Item quod episcopus intendit infringere iura sua . .	60	876
Episcopo scribitur vt concordet duos electos in discordia	4	857
Electus monachus in episcopum vt sit humilis exhortatur	5	857
Electo in episcopum consulitur vt cedat	6	858
Episcopus rogatur vt quorundam in dyocesi sua incendia conpescat	7	858
Respondetur querenti si debeat consentire electioni de se facte	8	858

Ad episcopos.

Episcopus de nouo creatus salutatur	9	858
Item monasterium nigri ordinis nostro ordini permittit[2]) incorporari	10	859
Item concursus populi ad locum indebitum declaratur	11	860
Item vt concordet duos electos in discordia	61	876
Item vt rector ecclesie indignus ab ecclesia repellatur	62	877
Item abbas vocatus ad synodum se excusat	63	877
Item conqueritur abbas quod officialis episcopi renuit sibi iusticiam exhibere	64	878
Episcopus excusat officialem suum	65	878

Tituli ad abbates.

Quod filius suus laborat ad hoc vt monasterio alteri subiciatur	12	860
Vt dilapidatam reformet filiam et habeat sibi . . .	13	860
Vt transferatur filia in eum qui reformet	14	860
Vt veniat ad visitacionem vocatur	15	861
Quia apostatam redeuntem bene tractat conmendatur	16	861
Quod vicia in suo monasterio exstirpauit abbas conmendatur	17	861
Conuentui scribitur vt conseruent ordinis disciplinam	18	862
Excusat se abbas transiens quod non visitauit amicum	19	862
Egrotus consolatur	22 *	864
Tribulato conpatitur	23 *	864
Volens cedere vt persistat consulitur	24	864
Quod alterum plus diligat quam diligatur ab eo causatur	25	864
Quociens apostata debeat recipi queritur	26	865

1) Cod.: *vicinia.* 2) Cod.: *permittat.*

*) Die überschriften dieser beiden numern scheinen im texte verwechselt zu sein, und dürften umzustellen sein.

Super nigro monacho recepto abbati ipsius respondetur	27	865
Quod abbas deseruit ecclesiam reprehenditur . . .	28	865
Quod ordinis disciplina in Vngaria — Clareuallensibus scribitur — deficiat	29	865
Vt quendam recipiat in monachum rogatur	30	866
Monachi missi remittuntur	31	867
Vt monachi ad tempus reseruentur petitur	32	867
Vt visitatori occurratur	33	867
Visitator conmittit officium visitacionis	34	868
Vt visitatori obediatur	35	868
Vt testamentum comitis dispensans sue ecclesie recordetur	36	868
Pro apostata redeunte interceditur	37	869
Quid faciat suo cognato monacho dissoluto	38	869
Rescriptum quid debeat facere de eodem	39	870
Egrotus per litteras consolatur	40	870
De consolacione regraciatur	41	870
Monachus eicitur	42	870
Quod quidam non sit dilapidator monasterii excusatur	43	871
Ad deponendum dilapidatorem abbas vocatur . . .	44	872
Quod non possit venire ad deposicionem excusatur .	45	872
Prior in abbatem eligitur et concedi postulatur . .	46	872
Prior in abbatem postulatus transmittitur	47	872
Vt idem proficiat adhortatur	48	873
Vt eidem monachi reuerenciam exhibeant petitur . .	49	873
Quod abbas cedens facta succedentis anichilet conqueritur	50	873
Monachi alios religiosos aspernantes reprehenduntur	51	873
Cellerarius contra abbatem suum mouetur	52	874
Vt iudices delegati in curia romana obtineantur petitur	53	874
Abbati patri abbas filius reconciliatur	55	875
Idem quod minus diligibilem se exhibuit corripitur .	56	875
Idem reformatus gracie patris regraciatur	57	875
Licencia quosdam in monachos recipiendi petitur . .	58	875
Monachus a nigro ordine reuocatur	59	876
Professi recepcio denegatur	68	880
Studens Parisius ad ordinem vocatur	20.66	863.879
Studentis rescriptum	67	879
Suffragia conceduntur	69	880
Nouicius fluctuans per litteras roboratur	70	880
Nouicii rescriptum	71	881
Theologus ad ordinem trahitur	72	881
Nouicius delicatus et vacillans roboratur	73	882
Adolescens vt relictis parentibus ad ordinem veniat trahitur	74	882
Sanctimonialis de bona obseruancia conmendatur . .	75	882
Ad regem et alios seculares.		
Rex de nouo creatus salutatur	76	883
Vt abbatem captum liberet inpetratur	77	883
Regi de comite conqueritur	78	884
Duci de aduocati sui malicia conqueritur	79	885
Comes pro conductu inploratur	80	886
Vt officialem suum fieri monachum concedat petitur .	81	886
Comitissa vt quendam suo domino reconciliet rogatur	82	887
Comitisse super inpensis beneficiis regraciatur . . .	83	887
Ciui pro peregrino paupere supplicatur	84	888
Forma viatici	85.86	888

XV.

Formeln für rechtsgeschäfte.

Vorbemerkungen.

Ueberblickt man die bisher vorgeführten werke, so sind wohl belege genug für die regel geliefert, welche wir gleich im §. 2 der einleitung bei der dortselbst unter bezugnahme auf die äussere erscheinung der mittelalterlichen briefsteller und formelbücher erwähnten dritten klasse derselben aufgestellt haben, dass nämlich ihre mehrzahl aus einer anleitung zur ars dictandi und aus einer grösseren oder kleineren mustersammlung besteht.

Durch diese regelmässige gestalt derselben ist aber keineswegs ausgeschlossen, was wir ebenfalls da bemerkt haben, dass auch nach art der sogenannten alten formeln lediglich zusammenstellungen von musterstücken ohne jene grammatisch-rhetorische anleitung vorkommen. doch sind meistens auch diese auf irgend eine weise wieder in eine gewisse verbindung mit der ars dictandi gebracht. wenigstens im äusserlichen gewande. so enthält der aus dem kloster Windberg überkommene cod. lat. mon. 22294 aus dem dreizehnten und vierzehnten jahrhunderte von fol. 88—96 eine vorzugsweise auf Oesterreich bezügliche mustersammlung [1]) als summa de prosayco dictamine. ihr unmit-

1) Die zwei letzten stücke sind schreiben des Vlricus judex salzburgensis cum universo civitatis ejusdem et dyocesis populo, und der prälaten Ch de sancto Petro Salzpurge Otto de Sewen Fridericus de Paeurn et Heinricus de sancto Vito abbates, Chunradus de Perhtersgaden Heinricus de sancto Zenone de Hegelwerde de Chiemse de Bamburga de Garze de Augea prepositi, cum ceteris salzburgensis dyocesis prelatis an den pabst Clemens über die nach dem tode des erzbischofs Ulrich pridie nonas octobris 1265 apud Salzburgam in capitulo in aller form erfolgte nachfolgerwahl in der person des dominus Wolodezlaus, venerabilis pataviensis ecclesiae postulatus, wizgradensis praepositus.

telbar voran steht, so zu sagen als ergänzung, von fol. 86'—87' eine in der handschrift selbst am schlusse als summa bona de prosayco dictamine bezeichnete ungemein gedrängte ars dictandi. noch schlagender tritt das streben, den reinen formelsammlungen jene wie es scheint einmal für höchst wünschenswerth erachtete zugabe nicht fehlen zu lassen, bei den nunmehr folgenden höchst interessanten juristischen formeln hervor, welche an und für sich ein vollkommen abgeschlossenes ganze bilden, aber immerhin — wenigstens äusserlich — der berührten zuthat nicht entbehren.

Zwischen zwei briefsteller[1]) von einer und derselben zierlichen und gedrungenen hand des vierzehnten jahrhunderts in zwei spalten ohne alle und jede äusserlich bemerkbare abtheilung oder scheidung hievon eingeschrieben, bietet uns der dem kloster sanct Nicola zu Passau entstammende cod. lat. 16122 der hiesigen staatsbibliothek von fol. 9 bis 11' eine zwar kleine aber doch gewiss den juristen will-

1) Der erste reicht von fol. 4'—9, und beginnt mit der lehre von den proverbien wie folgt: proverbium est brevis oratio fida nutrix benivolentiae et ad sequens negotium mentem praeinstruens auditoris.

Der anfang des zweiten von fol. 11'—15 lautet: universis scolaribus qui decorari cupiunt epistolaris dictaminis scientia gloriosa P magister salutem et neglectis ambagibus ad margaritam dictaminis properare.

Am schlusse desselben sind von anderer hand des vierzehnten jahrhunderts die nachstehenden glossen in den leeren raum der zweiten spalte von fol. 15 eingetragen:

feodus lengut. depactacio ghedinghe. expedicio gheuolghe. proscripcio achte. in solidum ghesamehant. orphio oruede. marticopus litkop. arestare aneuanghen. census tins. deuolucio aneual. obses gisel. precaria bede. plebicitum lantding. warandia ware. parlamentum der heren ghespreke. circumuallare vorleghenhus. treuge vrede. vnio eninghe. exactio scot. murena lanturede. munire warnen. tributum leghescat. fectigal sleghescat. quita butinghe. dotalicium lifghedinge. tornus spey. cretica crede. consponsus medelouere.

Von wieder anderer gröberer hand endlich ist noch hieneben an den äusseren rand hinbemerkt:

peculium castrense borchlen. obstagium inlegher. omagium, id est obediencia, hulde. emphiteosis pach(t)gut.

kommene sammlung von formeln für rechtsgeschäfte aus den jahren 1307 bis 1327, unter gänzlicher vertilgung von orts- wie personennamen — vielleicht in oder um Goslar[1]) — angefertigt. An ihrer spitze findet sich — gleichsam als einleitender paragraf — ihr inhaltsverzeichniss, wie wir sogleich hier es mittheilen:

1) de tutela matris et auie.[2])

2) de tutela et cura alterius.

3) de racione reddenda cure et tutele.

4) de inuentario.

5) de testamento. qualiter testamentum sit clausum uel apertum.[3]) uel et qualiter apperiatur.

6) de codicillis.[4])

7) de donacione causa mortis ab aliquo facta qui non in potestate sua est.

8) de donacione causa mortis facta ab illo qui est in potestate sua.

9) de donacione inter uiuos.

10) de donacione propter[5]) nupcias.

11) de feodo.

12) de recognicione feodi.

13) de mancipacione.

14) de donacione facta ecclesie.

1) Auf fol. 15' wenigstens, zugleich der letzten seite der beiden pergamentlagen, welche die genannten schriften enthalten, finden sich von derselben hand, welche das auf der nächsten lage beginnende westfälische formelwerk Simons geschrieben hat, drei erlasse des vicars Johannes von Goslar, der letzte aus dem jahre 1341, sodann eine obligatio praebendae des dekanes der kirche der apostel Simon und Judas zu Goslar aus dem jahre 1345, endlich eine urkunde des bischofes Heinrich von Hildesheim aus dem jahre 1350 eingetragen.

2) Die handschrift hat hier sowohl als in der überschrift des stückes im texte selbst ganz deutlich *ame*.

Wir haben in Henschel's neuer ausgabe des glossarium mediae et infimae latinitatis ein wort *ama* nicht gefunden, und desshalb vorläufig die änderung in *auie* vorgenommen.

3) Cod.: *conparatum*. 4) Cod.: *codicalis*.

5) Cod.: *inter*.

15) de simplici uendicione.

16) de uendicione condicionali.

17) de uendicione facta de assensu domini.

18) de emphiteosi.[1])

19) de permutacione et cambio.

20) de transactione uel conposicione.

21) de cessione iuris.

22) de mutuo.

23) de pignore.

24) de peticione dotis.

25) de conductu.

26) de instrumento mercatorum. de diuisione per alphabetum.

27) de remissione debiti.

28) de adopcione.

29) de libertate.[2])

30) de subeundo iugo.

31) quando quis se et sua dat ecclesie.

Leider ist der text unseres codex, abgesehen von gröberen fahrlässigkeiten bei den numern 19 und 21, nicht eben ausserordentlich correct, so dass wir — unter genauer angabe der handschriftlichen lesart in den noten — die uns dringendst gebotenen veränderungen salvo meliori versuchen mussten.

1) Nach dieser numer folgt hier „*de promocione*" als nächstes kapitel, ohne dass es im texte aufnahme gefunden.

2) Cod.: *liberalitate*.

Formeln für rechtsgeschäfte.

1) De tutela matris et auie.

a.

Talis judex omnibus hanc cartam uidentibus salutem in domino.

Notum sit, quod A uxor H in nostra[1]) presencia constituta, tutelam B et C filiorum suorum uolens, a nobis petiit sibi dari.

Que postquam nuberet, senatus beneficio consulti uelleiani[2]) renunciauit, et sub omni rerum obligacione promisit rem filiorum suorum pupillorum A C et D saluam fore, et se inuentarium[3]) confecturam, et quod fidelis esset in administracione bonorum et custodia personarum,[4]) filiorum predictorum suorum uidelicet. et pro omnibus attendendis[5]) A et B fideiussores dedit.

Et ipsi ambo fideiussores satisdederunt[6]) nobis et[7]) per nos dictis pupillis A et B, uterque in solidum, bona sua obligando, epistole diui Adriani et beneficio uelleiano[8]) prefate nutricis penitus renunciantes.

Quare nos[9]) cognoscentes hec expedire utilitati predictorum pupillorum, prefate A tutelam concessimus supradictam.

Et ut hoc instrumentum indefectam firmitatem habeat, nostro sigillo ipsum duximus roborandum.

Factum fuit hoc in tali loco, anno domini m° ccc° vii, tali die talis mensis.

Testes rogati interfuerunt A B C D E F G etc.

1) Cod.: *uestra.*
2) Cod.: *uel eani.*
3) Cod.: *inuentariis.*
4) Cod.: *custodia et personarum.*
5) Cod.: *attendentis.*
6) Cod.: *statuerunt.*
7) Cod.: *ut.*
8) Cod.: *epistole dimidiam beneficio et vellano.*
9) Cod.: *uos.*

b.

Si uis ut mulier obligetur tibi, semper facias eam renunciare beneficio[1]) senatus consulti uelleiani[2]). alioquin non tenet obligacio.

Item si uis quod fideiussores teneantur[3]) quisque in solidum, facias eos renunciare epistole diui Adriani.

2.

Item si sit talis quod pro se petat tutorem uel curatorem, uel si sit adolescens, datur cum tali instrumento.

a) De tutela et cura alterius.

Talis iudex etc.

Notum sit omnibus, quod ad peticionem A — filii quondam B — dedimus A tutorem, *uel* curatorem, C ad generalem ipsius administracionem, *uel* ad uendicionem *uel* empcionem talem.

Et ipse C promisit et super sancta ewangelia iurauit, rem dicti pupilli — *uel* adolescentis — saluam fore, et[4]) se fidelem esse in amministracione dicti pupilli, *uel* adolescentis. et inde obligauit omnia nobis et per nos dicto pupillo.

Insuper fideiussorem dedit H, qui se fideiussorem constituit, et omnia bona sua obligauit, renuncians omni iuri.

Et ut carta ista indefectam firmitatem habeat, ipsam nostro sigillo duximus roborandam.

Factum fuit hoc tali loco, *ut supra.*

b.

Et nota, quod pupillo datur tutor. adolescenti uel maiori, si sit furiosus uel prodigus uel insanus, datur curator.

3) De racione reddenda.

a.

Talis iudex etc.

Notum sit omnibus, quod B curator A, filii quondam B, in presencia nostra et amicorum ipsius A de amministracione cure ipsius sufficientem reddidit racionem, ita quod facta conputacione inuentum est, quod idem A predicto B remansit debitor in mille solidis[5]) talis monete. quibus se constituit debitorem, et ex hoc obligauit ei om-

1) Cod.: *beneficii.*
2) Cod.: *uel eam.*
3) Cod.: *testantur?*
4) Cod.: *fore, et se fideiussorem dedit H, et.*
5) Cod.: *in uille solidum.*

nia bona sua, et promisit se soliturum in tali tempore pecuniam assignatam, in[1] hoc renuncians omni iuri.

Et instrumentum inde factum duximus sigillo nostro roborandum.

b.

Et nota, quod eodem modo redditur racio tutele.

4.

Item nota, quod tutor uel curator debet facere inuentorium de bonis omnibus pupilli uel adolescentis cuius est tutor uel curator. et potest fieri in hunc modum.

De inuentorio.

Talis iudex etc.

Notum sit omnibus, quod anno domini m° ccc° vii, kalendis aprilis, P datus tutor *uel* curator B, quondam filii G, in nostra presencia constitutus, de bonis ipsius[2] inuentorium fecit, et iurauit nobis super sancta ewangelia et per nos predicto B, rem predicti P saluam fore, et quod res ipsius fideliter amministraret, inde nobis et per nos omnia bona obligans predicto[3] B.

Inuenit siquidem tot domos in tali loco, et habent consortes tales. item tot terras quot sunt in tali loco, et habent consortes tales. et tantum de pecunia. et tantum de debitis.

Et sic numerabit omnia singulariter et distincte. et postmodum dicet iudex:

Ut illud inuentorium firmitatem habeat, nostro sigillo ipsum duximus roborandum.

Uel si esses notarius, sic diceres: et ego notarius talis de mandato talis iustrumentum[4]) scripsi, et tali sigillo sigillaui.

Factum fuit hoc in tali loco, anno domini m° ccc° etc.

5) De testamento.

a.

Anno domini m° ccc° vii, tali die talis[5]) mensis, ego A, in infirmitate corporis mei positus, cum bona mentis mee ualitudine existens, testamentum sic facio.

1) Cod.: *et*.
2) Die handschrift hat hier nochmal *constitutus*.
3) Cod.: *predicta*.
4) Cod.: *instrumento*.
5) In der handschrift fehlt *talis*.

In primis pro anima mea c marcas dari precipio. e quibus[1]) relinquo tali ecclesie — in cuius cimiterio eligo[2]) sepulturam — x libras, et tali hospitali xx.

Et B uxori mee recognosco me habuisse pro ea in dotem c libras. quas ei mando restitui. et relinquo insuper eidem x libras. et sic uolo quod ipsa habeat in bonis meis c et xl marcas.

P et B filios meos instituo heredes[3]) pluribus porcionibus. et si alter eorum sine herede decesserit legitimo, hereditas precedentis ad alium superstitem deuoluatur.

Sic debet scribere totam uoluntatem et in fine sic debet scribere:

Hanc uoluntatem meam iure testamenti ualere uolo. et si iure testamenti non ualeat, ualeat iure codicillorum, *uel* iure ultime uoluntatis, *uel* omni iure quo quelibet ultima uoluntas ualere potest.

Factum fuit hoc testamentum in tali loco,[4]) anno domini m° ccc° etc.

Testes rogati interfuerunt A B C D E F G H I K.

Et ego talis notarius testis interfui, et auctoritate talis iudicis et mandato testatoris testamentum hoc scripsi et subscripsi, signaui et sigillaui tali sigillo.

b) Notabile.

Nota, quod testamentum iuxta uoluntatem testatoris dictatum scribitur in carta.

Et tenorem ipsius sciet testator, et notarius, et unus uel plures amicorum si uoluerint.

Et filis ad opus sigillorum aptatis,[5]) et testibus conuocatis et rogatis,[6]) testator cartam testamenti scriptam et conplicatam ostendet testibus, asserens[7]) in ea scriptum testamentum suum, et rogans testes ut post obitum suum super testamentum[8]) testimonium perhibeant ueritati.

Postmodum testes qui scribere sciunt subscribent, nescientes subscribi facient, et sigillabunt, signa sua apponentes sic: *ego A huic testamento rogatus*[9]) *subscripsi, uel subscribi feci, et signum illud inpressi, uel inprimi feci,* et ceteri testes sigillis propriis sigillantes, et signa que uoluerint apponentes in filo in quo pendebit sigillum.

1) Cod.: *marcas accipio quibus.*
2) Cod.: *elige.*
3) Cod.: *instituo. v. edes.*
4) In der handschrift fehlt *loco.*
5) Cod.: *aptis.*
6) Cod.: *et connexans.*
7) Cod.: *asseret.*
8) In der handschrift fehlt *testamentum.*
9) Cod.: *rostatoris.*

Cuiusque testis incipienda erit subscripcio et recta linea protendenda. in fine linee testis inprimit uel inprimi faciet suum sigillum.

Et nota, quod notarius similiter subscribet, apponendo annos domini et diem. et sigillabit et signabit, in subscripcione sua dicens se cartam illam mandato testatoris subscripsisse.

Item nota, quod sine tabellione hoc testamentum confici potest, dummodo alii testes sufficiant.

c) De testamento clauso.

Sicut aperitur mortuo testatore testamentum clausum, notarius et alii testes — facto iureiurando — iudici illius testatoris dicent, testamento se rogatos interfuisse subscripsisse sigillasse signasse, ipsum sane mentis fuisse,[1]) et testamentum non mutasse quod ipsi sciant. et dicent tempus et locum. et ostendat quisque suam scripcionem sigillum et signum.

Quo facto testamentum aperiatur[2]), sigillis pendentibus, filo remanente innexo, ut ipso originali extrahi possint alia instrumenta.

Et de publicacione ipsa scriptis attestacionibus, et postmodum serie originali scripta, instrumenta fiant.

d.

Et nota, quod — si notarii copia non habetur, et testamento non clauso — adhibentur vii testes liberi in ciuitate, uel v in burgo uel uilla, ut super serie testamenti de hiis que nouerant sub forma publicacionis perhibeant testimonium ueritati.

Et nota, quod notarius optinet probacionem duorum uel trium testium ad plus.

Debent autem fieri[3]) huiusmodi publicaciones in presencia iudicis iuxta morem loci, et in presencia aliorum testium.

e.

Item non potest esse testis in testamento mulier, uel inpubes, seruus, surdus, mutus, furiosus, infamis.

Item nota, cui amministracio bonorum interdicta,[4]) est intestabilis, id est qui muliebria patitur, et qui crimine condempnatus est, et qui in eius et in testatoris patria non est heres scriptus, uel qui in eius potestate est.

1) Cod.: *esse.*
2) Cod.: *conperiatur.*
3) In der handschrift fehlt *fieri.*
4) Cod.: *incerta.*

Item nota, quod totus sanus potest facere testamentum. et tunc dicet: *ego A sanus mente et corpore.*

6) De codicillis.[1])

a.

Ego A testamentum quod feci — *uel* faciam — et omnia que in ipso continentur uolo firmitatem optinere, hoc excepto quod in presentibus codicillis detrahere uolo talem rem quam primo legaueram pure B, uolens ut illam habeat hac condicione ut x libras det heredibus meis, *uel aliquid talium. uel:* uolo quod talis habeat medietatem omnium bonorum meorum.

Hanc autem uoluntatem meam uolo iure codicillorum firmitatem perpetuam optinere.

Factum fuit hoc in tali loco etc.

b.

Et nota, quod codicilli possunt fieri ante testamentum, in testamento, post testamentum. tamen semper de testamento mencio fiat, ut patet in nota.

Et nota, quod semper in codicillis quinque testes sunt necessarii.

7) De donacione causa mortis.

Ego A, constitutus in patria potestate, lege interdicente me testamentum facere posse, iure permittente donacionem fieri causa mortis, B patre modo presente et consenciente donacionem fieri causa mortis, facio in hunc modum.

In primis pro anima mea tot libras dari precipio. quas ita distribuo.

Hanc autem donacionem uolo ratam et firmam penitus permanere.

Factum fuit etc.

8) De eodem.

a.

Ego A libellum[2]) facere disponens causa mortis, donare cupio omnia bona mea.

In primis pro anima mea tale predium — *uel* tot denarios — causa mortis dono, et eos tribuo in hunc modum etc.

1) Cod.: *codicalis.* 2) Cod.: *liellum.*

b.

Si autem res donatas donator post mortem donatorii alii restitui uoluerit, dicet sic:

Si uero R, cui talem fundum donaui, sine liberis decesserit, fundum illum ad C — uel ad eius filios — uolo reuerti.

9) De donacione inter uiuos.[1]

Ego A mera et spontanea uoluntate pure et sine omni condicione simplici donacione inter uiuos rata et irreuocabili dono tibi B tuisque heredibus siue quibuslibet[2] successoribus tuis talem possessionem, bona fide promittens et super sancta ewangelia dei iurans quod contra predictam donacionem per me uel per alium nunquam ueniam.

Et ut hec donacio perpetuam et irreuocabilem optineat firmitatem, rogaui dominum meum talem episcopum, ut eam sigilli sui robore confirmaret.

Et nos C dei gracia talis episcopus cartam presentem super hoc factam duximus nostri sigilli munimine roborandam.

Factum fuit hoc in tali loco, presentibus ad hoc uocatis testibus B etc. anno domini m° ccc° etc.

10) De donacione propter[3]) nupcias.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod ego A mera et spontanea uoluntate mea dedi B uxori mee in bonis meis propter nupcias c libras.

Et ut hec donacio ualeat, ego R talis iudex ad peticionem dicti A cartam istam super hoc factam tali sigillo sigillaui.

Factum fuit etc.

11) De pheodo.

Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris, quod nos dei gracia comes talis mera et spontanea uoluntate nostra damus et tradimus tibi A militi de tali loco in pheodum liberum et inhoneratum[4]) et successoribus tuis in perpetuum castrum tale[5]).

Et ego A racione donacionis predicte uobis domino comiti homagium facio per me et omnes successores meos, et per uos omnibus successoribus uestris, et perpetuam fidelitatem promitto uobis et uestris conseruare, uidelicet

1) Cod.: *donacione in terminos.*
2) Cod.: *cuiuslibet.*
3) Cod.: *inter.*
4) Cod.: *et honoatum* mit dem abkürzungszeichen für *er* zwischen *ea.*
5) In der handschrift fehlt *tale.*

quod nunquam ero uobis in dampnum de corpore uestro, uel de municionibus uestris, uel de iusticia, uel de aliis que ad honestatem uestram pertinere uidentur, uel de uestris possessionibus, neque de incolumitatibus corporis uestri, neque de aliquo secreto uestro, super hoc fidelitatis osculum tribuendo. et in pace et in gwerra uobiscum ero, excepto imperatore, *uel* rege tali, *uel* papa, contra quoslibet iuxta posse.

Acta sunt hec in tali loco, anno domini m° ccc° etc.

Et ego talis scripsi cartam istam de mandato talis comitis, et suo sigillo pariter sigillaui.

12) De cognicione pheodali.

Ego B confiteor et in ueritate recognosco uobis domino C comiti tali, me et antecessores meos tenuisse et habuisse tale castrum in pheodo dudum,[1] et me et successores meos tenere debere de consensu uestro[2] et uestrorum pariter successorum.

Unde recognosco uobis homagium uel dominium, et promitto uobis tamquam domino meo fidelitatem perpetuam conseruare.

Et nos C dei gracia comes talis homagium tuum recipimus, et hanc cartam super hoc factam sigilli nostri munimine confirmamus.

Factum fuit etc.

13) De emancipacione.

Omnibus hanc cartam uidentibus talis iudex salutem.

Manifestum sit omnibus, quod A in nostra presencia constitutus B filium suum presentem et petentem emancipauit et a manu et a potestate sua dimisit, concedens ei plenariam et liberam potestatem semper ulterius uendendi et emendi donandi alienandi et aliis se obligandi et in iudicio standi et omnes actus legitimos faciendi.

Et ut firmitatem habeat carta ista super hoc facta, nos talis iudex ipsam sigillo nostro duximus sigillandam.

Factum fuit etc.

14) De donacione facta ecclesie.

Ego A mera et spontanea uoluntate mea et libertate pro anima mea et redempcione peccatorum meorum dono

1) die handschrift trennt *pheodo*, so dass in der nächsten zeile noch *do* steht, worauf *dum* folgt.

2) Zwischen *debere* und *uestro* ist in der handschrift ein kleiner leerer raum.

tibi C rectori talis ecclesie et per[1]) te eidem ecclesie tale pratum, quod est in tali loco, et habet consortes tales.

Et ut predicta donacio firma sit in perpetuum, rogaui talem episcopum meum dominum, ut ipsam sigilli sui munimine roboraret.

Et nos B dei gracia episcopus talis dictam donacionem sigilli nostri munimine roborauimus.

Factum fuit, et cetera.

15) De simplici uendicione.

Ego A uendo et uendicionis tytulo trado tibi B et tuis in perpetuum successoribus absque omni condicione domum meam, que est in tali parrochia, et habet tales consortes.

Uendo inquam tibi domum predictam precio c marcarum talis monete. quod quidem precium mihi soluistis et numerastis taliter quod inde me teneo pro pagato.

Et si domus predicta ualet plus et ualitura est, precio predicto trado in perpetuum et concedo. et quod nunquam contra uendicionem predictam ueniam per me uel per alium, bona fide promitto[2]) et super sancta ewangelia dei iuro.

Et nos talis episcopus[3]) — *uel* comes — dei gracia, ut predicta uendicio irreuocabiliter obseruetur, cartam presentem super hoc factam duximus sigilli nostri munimine confirmandam.

Factum fuit etc.

16) De uendicione condicionali.

a.

Ego A uendo et uendicionis titulo trado tibi B et tuis in perpetuum uineam, quam habeo in tali loco, et habet consortes tales.

Uendo inquam pro mille marcis talis monete. de quibus soluisti mihi quingentas in continenti sic quod inde me teneo[4]) pro pagato. et residuas quingentas marcas mihi promisisti soluere tali termino.

Et C debitorem et solutorem mihi constituisti, pacto tamen inter te et me habito, quod — si in tali termino predictas quingentas marcas quas a te habui restituero — restitues uineam supra dictam, et sic uendicio rescindetur, et C debitor liber erit penitus et inmunis. elapso uero termino C ad soluendum quingentos solidos mihi tenebitur.

1) Cod.: *pro.*
2) Cod.: *promittam.*
3) Im codex fehlt *episcopus.*
4) In der handschrift fehlt *teneo.*

et sic predicta uendicio rata et firma et exinde in perpetuum remanebit.

Factum fuit etc.

b.

Nota quod hec uendicio frequenter fit in fraudem usurarum.

17) De uendicione facta de[1]) assensu domini.

Ego A uoluntate et assensu domini B, saluo dominio et[2]) iure ipsius, uendo et uendicionis tibi trado titulo B et tuis in perpetuum talem domum, quam in nomine ipsius R possideo in tali loco, que habet consortes tales.

Uendo inquam tibi pro c marcis talis monete. quas mihi soluisti taliter quod inde me teneo pro pagato.

Et si domus eadem plus ualet uel ualitura est, pro precio supra dicto totum tibi do in perpetuum et concedo.

Et ego B uendicionem predictam tibi et tuis in perpetuum meo et meorum nomine possidendam concedo, ita quod — si domum[3]) predictam uendere aut quocunque modo alienare uolueris — tibi liceat, meo et meorum consilio precedente, et saluo semper iure meo et dominio et seruicio annuali, uidelicet quinque solidis[4]) talis monete, quod seruicium annuatim in tali festo pro dicta domo mihi et meis tu et tui censualiter seruietis.

Factum fuit hoc in tali loco, anno domini etc. tali die talis mensis.

Et ego talis notarius de mandato talis iudicis hoc instrumentum scripsi et signaui, et suo sigillo pariter sigillaui.

18) De emphiteosi.

Notum sit omnibus, quod ego C miles de tali loco do in emphiteosim tibi H terram quam habeo in tali loco, in qua sunt quatuor mediata, et habet consortes tales.

Do inquam et trado tibi et tuis in perpetuum terram predictam ad faciendum in ea ortum uel uineam uel quidquid uolueris, cum melioracione tantum ipsius terre.

Et concedo, ut uendere uel donare tibi liceat terram predictam, uel quacunque alienacionis specie in quemcunque uolueris transferre, clericis et militibus exceptis et om-

1) Cod.: *et.*
2) Cod.: *solvo dominio.*
3) Cod.: *possidendam ita quod domum.*
4) Cod.: *solidos.*

nibus religiosis, meo tamen et meorum assensu et consilio precedente, saluo semper iure meo et dominio, et salua etiam tercia parte fructuum de predicta terra ueniencium, quam terciam partem ad domum meam tuis sumptibus teneberis[1]) apportare.

Factum fuit hoc etc. anno domini etc.

Testes etc.

Et ego notarius Jo curie rogatus testis interfui, et scripsi et subscripsi, et signo meo signaui, et sigillo talis domini pariter sigillaui.

19) De permutacione.[2])

Ego A ex causa permutacionis do et trado tibi B et tuis in perpetuum uineam, que est in tali loco, et habet consortes tales. et si uinea predicta ualet plus uel ualitura est domo infradicta,[3]) ipsam tibi do et tuis in perpetuum successoribus atque laudo.

Et ego B ex causa predicte permutacionis tibi A do et trado et tuis in perpetuum domum predictam pro iam dicta uinea. et si plus ualet uel ualitura est quam uinea predicta, totum tibi do A et tuis in perpetuum atque laudo.[4])

Factum fuit etc.

20) De transactione uel conposicione.[5])

Controuersia uertebatur inter G ex una parte et A ex altera parte coram tali iudice super quadam summa pecunie quam predictus G petebat et dicebat predictum A debere eam sibi ex causa mutui. set altera pars allegabat, quod nullo modo bona sua sufficerent ad tantum debitum persoluendum, et quamuis posset soluere, ad solucionem faciendam minime tenebatur, quia sibi[6]) pactum fecerat de non petendo. et hoc se asserebat suo loco et tempore probaturum.

Iudex autem predictus, in quem conpromiserat pars utraque, allegacionibus intellectis precepit, ut de omni actio-

1) Cod.: *tenebis.*

2) Die handschrift hat hier die überschrift *de promocione*, was auch dem inhaltsverzeichnisse entsprechen würde, aber nicht aufgenommen ist.

3) Cod.: *predicta.*

4) Dieser absatz steht in der handschrift mit der veränderung „*ualitura est vinea predicta domo ipsam tibi*" ohne angabe eines versehens nochmal zwischen unseren beiden eingeschrieben.

5) Die handschrift hat hier die zum nächsten absatze gehörige überschrift *de cessione iuris*, welche dortselbst ausgelassen ist.

6) Cod.: *si.*

ne ac peticione quam utraque contra aliam faciebat esset pax et finis in perpetuum inter ipsos, hoc solo retento quod dictus A predicto G ex causa transactionis c solidos turonenses largiretur.

Quam transactionem utraque pars approbauit, et eam seruare iurauit super sancta ewangelia dei, bona sua utraque alteri[1]) obligando.

Testes interfuerant B et C.

Et ego talis scripsi de mandato talis iudicis cartam istam, et suo sigillo pariter sigillaui.

Factum fuit hoc anno domini m° ccc° xxvii.

21) De cessione iuris.[2])

Notum sit omnibus etc. quod ego A concedo tibi B et tuis in perpetuum omne ius et omnem actionem quam habeo uel habere possum et debeo contra C et heredes ipsius pro c marcis talis monete quas prefatus A debebat mihi ex causa mutui, *uel* precio talis rei.

Quas c marcas tu, qui eras fideiussor,[3]) conpulsus per talem iudicem, facta tibi primo cessione, mihi soluisti[4]) taliter quod inde me teneo pro pagato.

Factum fuit anno domini m° etc.

22) De mutuo.

Ego A confiteor, me recepisse a te B ex causa mutui c marcas lubicenses. quas quidem mihi tradidisti et numerasti taliter quod inde me teneo pro pagato.

Et promitto eas tibi soluere tali die, atque iuro.

Insuper do tibi fideiussores A B C, quibus promitto et obligo omnia bona mea. et si occasione huius fideiussionis aliquod dampnum incurrerent, restituam eis totum. et super hoc credam simplici uerbo suo.

Et nos A B C predictis c marcis fideiussores nos constituimus tibi B, inde bona nostra quilibet in solidum obligantes, et renunciantes epistole diui Adriani beneficio penitus in omni iure.

Factum fuit etc.

1) Cod.: *alterari.*

2) Bezüglich der überschrift ist num. 20 note 5 zu vergleichen.

3) Von hier an ist in der handschrift nach der ersten hälfte des wortes der schluss des musters 15 und der grössere theil des musters 16 in der weise nochmal hereingerathen, dass es heist: *fide contra uendicionem* u. s. w. bis *liber erit penitus* einschliesslich, worauf erst weitergefahren wird: *fideiussor conpulsus* u. s. w.

4) Cod.: *soluitur.*

23) De pignere.

Notum sit omnibus, quod ego A obligo tibi B pro c marcis — quas michi mutuo tradidisti et numerasti sic quod bene sum contentus — unum pratum quod habeo in tali loco, et habet consortes tales, et domum meam que est in tali parrochia, et habet consortes tales.

Et promitto tibi soluere pecuniam in tali termino.

Et do tibi fenum quod de dicto prato colliges mera et spontanea uoluntate mea, et predicte domus pariter pensionem, ita quod in sorte nullatenus conputentur.

Et quod nunquam contra predictam donacionem ueniam per me uel per alium, super sancta dei ewangelia tibi iuro.

24) De peticione dotis.

a.

Notum sit omnibus, quod — cum B bonorum suorum dilapidator existeret, et ipso manifeste ad inopiam declinante creditores inportune peterent sua credita sibi solui — A uxor ipsius B asseruit coram tali iudice per iuratum tempore in quo de iure poterat[1]) et debebat, dotem suam que erat c marcarum repetere, cum maritus suus ad tantam egestatem deuenisset quod bona eius ad es[2]) alienum non sufficerent persoluendum.

Cum autem B memoratus predicta confiteretur suo iuramento esse uera, et testes starent ydonei et dicerent ipsum pro[3]) uxore sua predicta c marcas lubicenses recepisse, predictus iudex prefatum B ad soluendum dictam dotem uxoris sue A sentencialiter condempnauit, diffiniens ut omnia bona prefati B sint uxori iam dicte generaliter obligata donec sibi dos in integrum fuerit restituta, de lucro tamen ipsius dotis sibi et liberis suis prouideretur[4]) prout posset conmodius in expensis.

Factum fuit. anno domini.

b.

Ego A confiteor et in ueritate recognosco tibi B socero meo, habuisse plenarie a te c marcas lubicenses pro G filia tua — uxore mea — in dote.

Unde te et res tuas absoluo, et P et B, qui in predicta dote fideiusserunt, bona mea tibi et per te G filie[5]) tue predicte pro dicta dote penitus obligando.

Factum fuit etc.

1) Cod.: *poterant.*
2) In der handschrift fehlt *es.*
3) Cod.: *cum.*
4) Cod.: *prouidenter.*
5) Cod.: *et pro te filie G filie.*

25) De conductu.

Notum sit omnibus, quod anno domini m° ccc° etc. tali[1]) die talis mensis nos B dei gracia comes talis pro nobis et uniuersis nostris ualitoribus et amicis suscepimus in ducatum ac fidem ac protexionem nostram C mercatorem de tali loco cum omnibus rebus suis quas secum duxerit uel detulerit ipse uel alius pro eo, eundo uel redeundo uel conmorando per totum districtum nostrum et pro posse[2]) et nostrorum pariter amicorum.

Et ut carta ista super dicto ducatu facta firmitatem habeat, ipsam duximus sigilli nostri robore confirmandam.

26) De instrumento mercatorum.

Notum sit omnibus, quod anno domini etc. in tali loco tali die talis mensis ego B mercator de tali loco emi tot pannos et tales a C mercatore de tali loco pro c marcis. quos pannos mihi tradidit sic quod inde me teneo pro pagato.

Et promitto et iuro, et omnia bona obligo, quod predictum precium — c libras uidelicet — in talibus nundinis sibi soluam.

Et super hoc instrumentum diuisum per alphabetum medium sibi feci. cuius medietatem penes me retineo, et aliam medietatem quam sibi tradidi mihi tenetur reddere quando soluetur pecunia supradicta.

Et utriusque medietatis idem est[3]) tenor, et forma pariter litterarum.

27) De remissione debiti.

Ego A mera et gratuita — *uel* spontanea — uoluntate mea remitto tibi B et tuis in perpetuum omne debitum quod mihi debebas ex qualibet causa, faciens tibi pactum de non petendo quacumque racione debitum memoratum, remittens tibi omnem actionem quam habere possum contra te uel res tuas occasione fideiussionis quam mihi feceras pro C, cui mutuaueram c marcas.

Racione autem remissionis confiteor, me habuisse c solidos a te, de quibus me teneo pro pagato.

1) In der handschrift fehlt *tali.*

2) Ob so? die handschrift hat hier: *nostrum et post se.*

3) Anstatt *idem est* hat die handschrift das abkürzungszeichen für *id est.*

Et bona fide per stipulacionem[1]) promitto, quod nunquam contra predictam remissionem ueniam per me uel per alium, inde tibi bona mea obligando, renuncians penitus omni iuri.

Factum fuit etc.

28) De adopcione.

Notum sit omnibus, quod ego A adopto te B cum omnibus rebus tuis et possessionibus et iure, et in[2]) potestatem et familiam meam recipio, uolens et concedens ut deinceps sis plenissime iure filiacionis et in potestate et disciplina mea ac si filius per naturam legitime natus esses.

Et promitto tibi bona fide per stipulacionem,[3]) personam tuam et omnia bona tua paterno affectu et amore diligenter et utiliter pro posse meo gubernare et ad tuum comodum custodire, et te a potestate mea non dimittere sine causa racionali uel nullatenus remouere.

Quod si predicta omnia obseruare contempsero, pene nomine talem summam pecunie tibi dare promitto, et inde tibi obligo omnia bona mea, renuncians penitus omni iuri.

Factum fuit. anno domini m° etc.

29) De libertate.

Notum sit omnibus, quod ego A pro remedio meorum peccaminum hoc manumissionis instrumento do tibi C seruo meo meram libertatem, ut ab omni seruitutis iugo sis penitus absolutus ac si esses ingenuis parentibus natus, ac libertate uti possis emendo, uendendo, permutando, alii te obligando, in iudicio stando, testamentum condendo,[4]) testimonium perhibendo, omnia faciendo que quisque ingenuus facere potest.

Insuper ius patronatus tibi remitto penitus, tuumque peculium et talem possessionem pariter tibi dono.

Promitto etiam per[5]) me et per meos successores, atque iuro etiam, quod nunquam ueniam contra datam libertatem.

Et ut instrumentum istud super[6]) hoc factum firmitatem habeat, rogaui dominum meum talem comitem ut ipse sigilli sui munimine confirmaret.

1) Cod.: *prostibulcionem.*
2) In der handschrift fehlt *in.*
3) Cod.: *prostibulacionem.*
4) Cod.: *concedendo.*
5) Cod.: *promittens per.*
6) Cod.: *similiter.*

Et nos B dei gracia talis comes ipsum duximus sigilli nostri robore confirmandum.

Factum fuit etc.

30) De subeundo iugo.

Ego A mera et spontanea uoluntate mea, non coactus nec deceptus, do et trado tibi B et tuis heredibus personam meam et filiorum meorum ad seruitutis iugum, ut nos habeas ad disciplinandum tenendum imperandum et quidquid tibi placuerit faciendum, tam de personis nostris quam peculio nostro acquisito et acquirendo ad tuum beneplacitum disponendo, ita quod si fugam a te uel heredibus tuis fecerimus, de uestro[1]) seruicio quolibet exeundo, ubicumque nos inueneritis iniectionem manuum in nos et nostrum peculium habeatis, et de nobis et de ipso peculio sine omni nostra nostrorumque contradictione quidquid uolueritis faciatis.

Factum fuit etc.

31) Quando quis se et sua dat ecclesie.

Diuina miseracione talis episcopus uniuersis Christi fidelibus salutem in domino.

Notum sit omnibus, quod in nostra presencia A — confitens[2]) se et uxorem suam G continencie uotum conmisisse — eadem uxore presente et conseнciente et eidem A licenciam dante, licenciam dedit et optulit se et sua tam mobilia quam inmobilia conuersionis nomine tali ecclesie et B rectori ecclesie supradicte.

Factum fuit etc. anno domini etc.

Testes interfuerunt etc.

Et nos dictus episcopus interfuimus, et cartam istam nostro sigillo fecimus sigillari.

1) Cod.: *nostro*. 2) Cod.: *confidens*.

XVI.

Johannes Bondi von Aquileja.

Vorbemerkungen.

In einer gewissen abwechslung ist die darstellung der bekannten hauptbestandtheile des dictamen uns in den schriften begegnet welche bisher zur behandlung gelangt sind. eine form der bezeichneten darstellung aber verdient eine besondere berücksichtigung, nicht etwa als ob sie einen wissenschaftlichen werth beanspruchen könnte oder wollte, sondern wegen ihrer brauchbarkeit in hinsicht auf die schnelle und sichere befriedigung der praktischen bedürfnisse derjenigen welche mit der abfassung von briefen und der anfertigung von urkunden sich zu beschäftigen hatten. daher denn auch vorzugsweise für sie sogleich in den handschriften selbst die allgemeine bezeichnung als practica oder usus dictaminis, im wohlbegriffenen gegensatze oder zur wohlverstandenen unterscheidung von anderen werken über das dictamen welche mehr oder weniger mit der theorie desselben sich befassen.

Insbesondere zwei solcher praktiken haben sich eines grossen ansehens erfreut, und eine weite verbreitung gefunden. die des magister Laurentius von Aquileja und die des magister Johannes Bondi von dort.

Vielleicht lehrer und schüler haben wir in diesen beiden persönlichkeiten zu erkennen. wenigstens bemerkt der letztere in der vorrede zu seinen — den judicibus notariis ac personis quibuslibet litteratis commorantibus Esculi egregiae civitatis gewidmeten, und auf veranlassung des magister Angelus qui est lucens lucerna Esculi rudes erudiens et debiles efficiens virtuosos gefertigten — flores regularum dictaminis in unserem cod. lat. 9683 fol. 16' ganz unum-

wunden, er habe sie ex dictis Laurentii laurea laureati gesammelt. so würde sich jedenfalls theilweise die ungemeine aehnlichkeit, ja in grossen stücken die fast unveränderte gestalt der practica des einen wie jener des andern leicht erklären. freilich aber war auch gerade durch die eigenthümliche form der darstellung des gegenstandes in gesonderten tabellen[1]) ein feld für wesentliche änderungen nicht eröffnet. und hierin liegt mit ein hauptgrund dafür warum sich fort und fort, nachdem einmal dergleichen zusammenstellungen in einzelnen tabulae vorhanden waren, selbe mit ganz einfachen und naturgemässen zusätzen und weglassungen wie sie für die betreffenden zeiträume erforderlich waren im gebrauche erhalten konnten.[2]) man durfte ja

1) Wir geben hier zum behufe leichter vergleichung mit dem nachfolgenden abdrucke jener des Johannes Bondi die inhaltsanzeige der „universis tabellionibus Bononiae clericis et dominis carissimis" gewidmeten praktik des Laurentius von Aquileja nach dem aus dem kloster Fürstenfeld überkommenen cod. lat. mon. 7021 des vierzehnten Jahrhunderts fol. 94′—103:

die erste tafel behandelt die salutationes narrationes petitiones und conclusiones ad summum pontificem;

die zweite ad praelatos et parentes maiores: utpote cardinales, patriarchas, archiepiscopos, episcopos, abbates, priores, plebanos; patres, matres, patruos, avunculos; et omnes huiusmodi;

die dritte ad praepositos, archidiaconos, decanos, plebanos, archipresbyteros, presbyteros, canonicos, capellanos, judices, priores, notarios, doctores, magistros, repetitores, fratres minores, monachos, et omnes alios huiusmodi;

die vierte ad imperatores, reges, duces, comites, marchiones, capitaneos, justitiarios, barones, senescallos, milites, castellanos;

die fünfte ad amicos, socios, fratres, consanguineos, cognatos, germanos, consobrinos, mercatores, scolares, notarios, cives, et omnes alios huiusmodi;

die sechste handelt von jenen formen in den schriftstücken maiorum quorumcumque tam clericorum quam laicorum;

die siebente hat keine überschrift, bezieht sich aber wie die siebente des Johannes Bondi auch ad soldanum Babyloniae, haereticos, excommunicatos, proditores, falsos, infideles.

2) Ein tractatulus de usu et modo dictandi, zu Wien im jahre 1439 editus per reverendum magistrum Jodocum — dessen name auch über dem namen Bondus in dem cod. lat. mon. 4763 aus dem jahre

einmal blos die einschlagenden namen der kaiser und päbste wie überhaupt derjenigen persönlichkeiten welche man da oder dort nöthig hatte an die stelle jener setzen welche aus irgend welchen gründen nicht mehr passten. und auf der andern seite waren auch die formen im contexte und überhaupt die curialien, welche ohnehin einem geringeren wechsel unterlagen, hienach nicht schwer in richtigkeit zu bringen.

Das hat denn theilweise auch dahin gewirkt, dass die praktiken der beiden genannten magistri, welche ohnehin schon leicht durch einander geworfen werden konnten, in der gestalt wie sie in den äusserst zahlreichen handschriften erscheinen bereits änderungen einmal für bestimmte zeiträume erlitten haben, dann aber auch nach bestimmten gegenden modificirt worden sind, wenn sie gleich in der regel noch immer die namen der ursprünglichen verfasser an ihrer spitze führen.

Ueber diese verhältnisse wie auch über die handschriften der betreffenden werke hier in der wünschenswerthen ausführlichkeit zu handeln, verbietet indessen die besorg-

1407 fol. 116′ geschrieben ist — de Hailprun et baccalarium formatum sacrae theologiae, in dem aus dem kloster Ebersberg stammenden cod. lat. mon. 5963 aus dem fünfzehnten jahrhunderte fol. 228—236 enthält die genannten hauptbestandtheile des dictamen wie folgt:

in der ersten tafel ad summum pontificem;

in der zweiten ad praelatos, ad parentes et consanguineos;

in der dritten jene civium aut aliorum inferiorum ad barones et milites vel militares et ad magnos laicos scilicet qui sunt in officiis constituti;

in der vierten ad minores subjectos tam clericos quam laicos;

in der fünften jene superiorum ad praepositos, decanos, archidiacones, plebanos, canonicos, magistros, capellanos, judices, doctores, conversos, monachos, et ad quoscumque inferiores;

in der sechsten jene civium inter se, und sodann ad socios, fratres cognatos, consanguineos, compatres, notarios, scholares, et ad quoscumque inter se aequales;

in der siebenten ad infideles, et ad excommunicatos, et inimicos; die achte endlich handelt de litteris remissis.

niss, es könnte der uns zugemessene raum überschritten werden müssen.

So möge denn in bezug auf die magistri Laurentius und Johannes Bondi von Aquileja hier lediglich die verweisung auf unsere frühere abhandlung „über formelbücher vom dreizehnten bis zum sechzehnten jahrhundert als rechtsgeschichtliche quellen" seite 59 und 60 mit den noten 112 bis 114 wie 499 und — abgesehen von der zeitbestimmung — Liruti in den notizie delle vite ed opere scritte da' letterati del Friuli I cap. 20 §§. 6 und 7 s. 335—338 eine stelle finden, und in hinsicht auf den nachfolgenden abdruck der ersten vier tafeln aus der practica sive usus dictaminis des genannten Johannes Bondi die bemerkung genügen, dass derselbe aus dem ehemals dem kloster Oberaltach angehörigen cod. lat. 9683 der hiesigen staatsbibliothek bewerkstelligt ist, welcher in einer grossen sammlung der schriften des Johannes Bondi [1]) die bemerkten tabellen — im ganzen sieben — von schöner hand des vierzehnten jahrhunderts immer über die zwei gegenüberstehenden seiten durchlaufend geschrieben mit einem kleinen anhange [2]) von fol. 4 bis 13 enthält, wo-

1) Die kleineren daraus sind die nachstehend aufgeführten:
von fol. 1—3' die theorica sive ars dictatoria,
von fol. 3'—4 die diffinitiones quorundam nominum officialium,
von fol. 4—13 die mehrbesprochene practica sive usus dictaminis.
von fol. 13—16 ein libellus de epithetis,
von fol. 43'—48 die colores rhetorici.

Zu den grösseren zählen die nachfolgenden:
von fol. 29—43' die massenhaften muster de modis exordiendi in omnibus formis,
von fol. 48—61' die lucerna dictaminis super formis diversimode variandis ad utilitatem rudium fabricata,
von fol. 16'—29 die bereits erwähnten flores regularum dictaminis super arte et usu dictaminis ad utilitatem rudium compilati.

2) Er besteht zunächst in einer anzahl von ganz kurzen schreibmustern für das complere preces, für die excusationen, dann de serviciis. gleich das erste rubrum lautet: rescribit se conplevisse preces domini vel amici. von excusationen sind aufgenommen propter paupertatem, propter infirmitatem, propter legitimam causam, super impoten-

selbst der schluss lautet: explicit practica sive usus dictaminis magistri Laurentii ejusque socii Johannis Bondi de Acquilegia.

Insoferne sowohl dem eben bezeichneten codex als auch den übrigen handschriften welche solche praktiken aus dem vierzehnten jahrhunderte enthalten, gleichviel ob selbe in folio oder in anderem formate geschrieben sind, als regel die für den bequemen gebrauch höchst empfehlenswerthe form eigen ist, dass in den einzelnen tabellen der je die salutatio, die narratio, die petitio, die conclusio bildende satz zum behufe der vermeidung unlieber unterbrechung des gesammten zusammenhanges auch bei der nicht ausreichenden breite einer seite des pergaments oder papiers wie bemerkt immer gleich über die zwei gegenüberstehenden seiten durchlaufend geschrieben ist, und die beziehungsweisen mehreren redewendungen durch darauf bezügliche klammern gekennzeichnet sind, haben wir auch bei unserem abdrucke diese äusserliche erscheinung der betreffenden tafeln so weit als es angeht wiedergeben zu sollen geglaubt, und desshalb selben so eingerichtet, dass er der form der handschriften selbst entspricht.

tia, und andere. ihnen folgt etwa ein duzend muster darüber quibus modis potest quis se offerre serviciis alicuius domini vel amici.

Daran reiht sich eine menge von redeweisen de hoc verbo „valete“ quod saepe in fine litterae ponitur, beispielsweise:

valete, et valeant qui vos valere desiderant et affectant.
valete in domino, cuius pietas et gratia nos conservet.
valete. felicitas et gaudium vos sequatur.
valete in domino nunc et semper.
valete perempniter, et gaudete cum honore.
valete, et vivere feliciter valeatis.

Das letzte stück davon lautet: vivat et valeat vestra sanctitas per temporum curricula longiorum.

Incipit practica siue vsus dictaminis

Prima

Salutaciones ad sum

Sanctissimo Clementissimo Beatissimo	}	in Christo patri ac domino Clementi diuina prouiden sancte romane ac vniuersalis ecclesie summo pontifici Ro dem prouidencia Romanorum imperator et semper augustus,

Prelati vero vel alie minores vel equales persone scri

Narraciones

Sanctitati Clemencie Beatitudini Pietati Misericordie Apostolice gracie Sancte paternitati	} vestre insinuacione presencium	{	flexis genibus manifesto, deuotissime reseramus, reuerencius intimamus,

Peticiones ad

Eapropter	{ sanctitati clemencie beatitudini pietati misericordie apostolice gracie sancte paternitati }	vestre	{ que nullum in tribulacione despicit suam misericordiam inplorantem, quam orbi dominus preposuit vniuerso, quam diuina gracia preelegit, quam altissimus multa sanctitate beauit, apud quam non est accepcio personarum, que aperta tenet brachia redeunti, que cunctum populum christianum semper respicit oculo pietatis,

magistri Johannis Bondi de Acquilegia.

tabula.

mum pontificem.

cia sacro-
dulfus ea- vel talis { rex / dux / comes } talis loci { salutem cum omni reuerencia subiectiua. / salutem et omnimodam reuerenciam. / reuerenciam tam debitam quam deuotam. }

bendo pape debent tacere salutem, et debent dicere sic:

tam prompte quam debite reuerencie famulatum.
debitam cum deuocione reuerenciam.
se ipsum ad pedum oscula beatorum.

ad eundem.

quod {
talis miles iniquitatis filius et minister ecclesiam mihi conmissam cottidie destruit et deuastat.
magistrum P de tali loco, virum vtique nobilem, litterarum sciencia redimitum, in spiritualibus et temporalibus circumscriptum, in nostrum elegimus episcopum et pastorem.
accincta est contra nos tocius regni Anglie fortitudo, cuius gentes terram nostram armata manu excelso brachio et potenti hostiliter inuaserunt.
}

predictum.

{ supplicamus / supplico } { prece humillima et deuota, / reuerencia quanta possum, / cum omni reuerencia subiectiua, } quatenus {
contra predictum militem taliter procedatis, si placet, quod a meis et dicte ecclesie grauaminibus conquiescat.
electionem in predicta ecclesia canonice ac concorditer celebratam graciosa benignitate dignemini confirmare.
in ipsum regem et eius fautores seueritatem ecclesiasticam exercere dignetur misericordia pii patris, ne terram nostram desolatam relinquant incole, habitaturi postmodum alienam.
}

Et aliis modis, prout fuerit petendum secundum mate

Conclusiones

Scientes,
- quod — nisi nobis, vel tali ecclesie, per vestram miseribilis*) deducemur, vel talis ecclesia deducetur.
- quod — nisi vestre pietatis dexteram senserimus adiutricem vel talis ciuitas ruinam patitur et iacturam.
- quod — si ad statum nostrum misericordes oculos vestra

Cognoscentes, quod — si feceritis — {nos / me / ipsum} constabit {de / ad / de / de}

Secunda

Salutaciones ad cardinales patriarchas archi auos auunculos amitas materteras nouer

{Reuerendo / Venerabili / Reuerendissimo / Benignissimo} {in Christo / patri domino P} {miseracione diuina} {portuensi episcopo et sancte romane ecclesie cardinali / talis tituli presbytero cardinali / talis loci dyacono cardinali}

{dei gracia} {patriarche vel / archiepiscopo / episcopo vel abbati} {talis loci dignissimo}

{Honoratissimo / Dilectissimo / Amantissimo} {patri suo / patruo / auunculo} {tanquam patri} {domino P post deum super omnia} {metuendo / peramando}

Reuerendis parentibus suis dominis A et B pre cunctis huius vite mortalibus metuendis

{Dulcissime / Karissime / Dilectissime} {genitrici / amite / matertere / auie / nouerce / proauie} domine sue Guillelme

*) Die handschrift hat *recuperabilis*.

riam tibi datam.

ad supradictum.

